

**Introductorium in astronomiaz
Albumafaris abalachi octo conti
nens libros partiales.**

W



Apud annos artium principijs que ars extrinseca pre-
scribi solet librorum in inicijs: non scripto villo autentico
q̄ ego mea lingua inuenerim: sed doctorum tantum sua
cuiusq̄ sententia paratur. Apud arabes contra duorum
aliquid primum nec aduertisse videntur vnq̄: tam et
si particulariter vnq̄ ac sparsim assumat: nostro tamen
iudicio non parum necessarium. Scdm̄ vero Lomer-
ticiū quidez illis nec scripto dignum visum est tanq̄
egregium aliqd̄ inuente scripture cōmendarunt. Ab hoc igitur sc̄do genere
huius operis auctor incipiens: septem inquit sunt omnis tractatus in inicijs
Auctoris intentio: operis vtilitas: nomen auctoris: nomen libri: locus in or-
dine disciplinū: species inter theoricam et practicam: partitiones libri. Que
apud nos q̄nq̄ partito sufficiens operis videlicet titulo: auctoris intentione
finali causa: materia tractandi: et ordine que omnes fere tam tractatus q̄
materie omnis exordio et necessaria et sufficere videntur: suam tamen singul̄
reddit causam. Que cum ego prolixitatis exosus et quasi min⁹ continentia:
cum et hunc morem latinis cognoscerem preterire volens an̄o ipso potius
tractatu exordiri pararem. Tu mihi studioꝝ oīm specialis atq̄ inseparabil̄
comes: rerumq̄ et actuum per omnia consoꝝ vnice missi memores obuiasti
dicens. Quanq̄ equidē nec tibi pro a more tuo mi Hermāne nec vlli cōsulto
aliene lingue interpreti in rerum translationibus abcecij sententia quandā
nullatenus aduertendus sit ita tamen alienum iter sequendum videtur ne
precuras. Pristior nō qui librum hunc in arabica lingua legerit si in latina
non ab exordio suo qua primum legentis intuitus incidit inceptum videat
non industriam sed ignorantia putans: et operis forsitan integritate detri-
menti: et nos deuie digressionis arguat. Parui quidem est ipm̄ etiaꝝ laborē
tuo potissimū instinctu aggressus sim: vt si quid ex hoc nostro studio latine
copie adiciatur: non mihi maius q̄ tibi merita rependatur. Cum tu quidez
et laboris causa et operis iudex et vtriusq̄ testis certissimus existas: expertus
quippe nihilominus: q̄ graue sit ex tam fluxo loquendi genere quod apud
arabes est: latine modi congruū aliquid cōmutari atq̄ in his maxime que
tam artam rerum imitationē postulant. His habitis ne longius differatur
ab ipsius verbis tractatus iniciū sumamus. Intentionis inquit expositio
si sumam breuiter et absolute pponens: discantis animum attentum parat
facilem. Utilitatis promissio laborem alleuans interdū animi quendam
tum adaptat. Auctoris nomen duabus de causis necessarium est. Tū
autenticū reddat. Tum ne alij dum vagum et incerti sit nominis in-
scriptū iniustaz parat gloriaꝝ. Libri nomen intentionis testimonio

accedit. Locus in ordine discendi animū discantis: quo lecto quid legendū sit instituens ad disciplinarum intellectum non inconsulte dirigit. Scientie genus partici omniumq; numerus: et ex ipso attentum iter reddit et docilez. Quā ergo inter oēs huius artis scriptores nullus actenus inuentus est qui vel cōtradicientibus responderet: vel approbantibus argumentū daret: ad hūc nec nullus qui plenarie scriberet artem. Nostra quidem in hoc opere intentio et illis resistere et his firmamentū dare et integram diuino auxilio artem tradere. Unde non hanc vtilitatem consequi manifestū sit: ne qui deinceps operam huic artificio dederint: quia diuersa ex diuersis operibus amunicula necessaria sint vel desistant vel deficiant. Quoniam igitur opus certis: et auctoris et libri nominibus confirmare necessariū duximus hunc titulum p̄scribentes dicimus. *Introductorium in astrologia; Albumasar abalachi.* Qua de causa et post astronomiā in astrologiā p̄mo loco legendū sit in theoricam scz huius artis partem principalē atq; generalē: editus octo partitionū numero descriptus: quaq; suis differentiis subdivisa. Partitiōis prime capitula quinque. Primum de inuentione astrologie. Secundum de siderum motus effectū. Tercium de effectus qualitate. Quartum de confirmatione astrologie. Quintum de vtilitate astrologie. *Capitulum primum.*



Primum itaq;: que causa: qua ratione hominem in terra positū ad celestis consilia decreta scrutanda primum excitauerit: deinde prouexerit exponendūz videretur. Nec enim motu quoq; in prouiso aut repentina quorumlibet impulsione transire arreptum: nec sine summo studioz impendio transcursum videtur. Partimur igitur omne siderum stellarūq; scientiā gemina specie in motū celestium ac motū effectū. Prima quidē species mathematica vniuersalis sapientia vocatur. Integrā etenim perfecamq; tradit scientiam quantitatis et habitudinis circulozū motūq; celestium in se eiusq; primum: deinde ad alios tamen vsq; ad terre globum Terre siquidem corpus rotundū globosum: circulus sup̄remus diuina virtute perpetuo ambiens ceteros infra contentos suis cum speris die noctūq; ab oriente per occidentē integro circuitu ouertit. Unde ☉ per diuersas terraz partes diuersis nationibus nūc eleuari simulq; occidere: alijs nunc ouerso sicq; alijs diez alijs interim noctez esse necesse est. Circulorum etenim inter sup̄remum et terrā motus alijs cum summo: alijs contra. Stellaris vero motus omne genus fere contra. Supernoz vero motuum quantitatis et qualitatis pars humanis sensibus patuit. Unde omnes sciencie primordium parte rationi tribus ex locis computo proportionē et mēsurā: argumentū nec materia inserit ubi qui huic sapientie non concedāt: et sensu debiles: et alienos esse: consequēs sit. Hanc igitur vniuersalē sapientiaz Ptho post hamū quendā tradit i libro suo almagesti postq; et ego aut Alb.

in tabulis nostris maioribus in fine richene elehebir celestium discursus p
secutus sum: nos quoq. Secunda vero naturalis in suo quidē genere non
minus vniversalis stellarum corporū naturas et pprietates in se primo tunc
accidentū inferioris mundi ducatu partim crebris quibusdā experimentis:
ptim nafari speculatione quadū insequitur. Ex eo siquidē qui varios stellarū
discursus diuerse elementorū in reb⁹ elementatis alfnationes solito certaq;
lege cōsequunt. Id non sine aliquo nafari illarū in his motu fieri necessariū
videtur argumentū. Est igitur huius scientie pars que per se cōstans partes
minus manifestā ratio nature quodā ductu consequitur: vt qui huic scientie
ōdicant: nec multe eos in his experientie ⁊ rerū nec parū cōsciū esse constet.



¶ Part⁹ igitur manifeste lumina principalr vbi oīm celestium notabiliora
sunt certa gerunt signa: ac primo loco ☉: nemo siquidem ignorat anni tpm
legittimos successus elemēta mōi vñtat⁹ alterationib⁹ afficiētes ordinatos

Solsequium
 a p m
 eliodropia

¶ per circuli quadrantes itus atq; reditus ¶ sequi. Deinde per singulos etia;
 dies atq; horas non nihil noui varijsq; motus in rerum accidentib; ¶ sequi
 videm;. Quib; siquidẽ oritur assentit: descẽdit occidit: aiantib;: graminib;
 metallis per singulos mot; aerẽ terraz aqua: ipsorũq; naſas ⁊ ſtar;: frigore
 calore ſiccitate humore inẽ gñationis ⁊ corruptionis: augmẽti decremẽtiq;
 alternationes alterat. ¶ Viſq; adeo quidẽ mot; etia; tam hoim q̃ ceteroz
 aialium primum ¶ iter ſequant;. ¶ ſiquidez oriente ſurgere: et progrediunt;
 aſcendente curſu addunt: deſcendẽte minuũt: occidente reuertunt;. Ac taq;
 mot; abſente duce geſcunt: ad exitũ illi; iterũ exituri. In graminib; quoq;
 ¶ virtus manifeſta quoz gñationes incrementa maturitas ¶ maxime cõ-
 mittant; apparet in quibuſdaz manifeſti;: vt in ſolſequio ⁊ elioſar herba q̃
 arabes herba thelancianila latini neceſſe apiũ vocant. na nec metalle na-
 tura hanc euadunt. Quedam enim abſentia ¶ coagulant. quedam radijs
 confortant; cuius virt; manifeſta in eliodropia gẽma necnon quibuſdã .v.
 noibus ac margarit;. In hijs igitur h; modi viſ ⁊ effect; ſolaris manifeſti;.



¶ Post solē & rerū testimonio accedit. Nōnullis enim vel de vulgo haur
dubiū est lunares accessus ad ☉ & recessus ortus scilicet & occasus: incrementa &
et decrementa aurarū mariū in animalibus et graminibus et metallis
qualitatum et quantitatum motus comitari in mensuris animalis subest
humorū incrementis & decrementis marisq; cottidianis: seu per septimanas
lunationis accessibus & recessibus. Nōnulli etiam numerosis obtinent ex-
perimentis ex diuersis & mansionibus diuersa tempora varijs qualitatib;
affici: vt ex hac veterorum ex illa nubium ex alia pluuiarum atq; id genus
¶ Post ☉ et & stellarum ortum tunc quidam affectus certi sunt. preter qđ
vulgo nō adeo sunt vbi luminū virtus approbati: nequaquā tamen vel vulgo
ignotum est qualitates temporum inter augmenta & decrementa stellarū
quadam in ☉ & & participatione alterari: quorum motuum nisi hec partici-
patio causa existeret: nec estas estate calidior nūq; fieret: nec hyems hyeme
frigidior. Certum igitur est quibusq; nationib; per omnia climata rerum
generationes & corruptiones temporum alterationibus moueri. Alterati-
onum autē huiusmodi causam existere ☉ & & stellarūq; amnicula. Primo
quidem antecessorum longę vite vigilisq; indaginis experimentis vsq; ad
posterorum memoriaz reseruatis. Secūdo ex eis que cōstabat ad ea que
minus paterent cognata rerum collatione ingenium puehente. Cum itaq;
rationem quide in ingenium promptius concedat: experimentorum etiam
causas in rerum indagine nō ineptas esse astruendum videtur. Habet enī
omne artificium in suo genere de transactis ad ea que sequunt experimen-
torum fidem. Sic equidem agricola: sic pastor: sic naute suo quolibet officio
ex quarundam stellarum locis horas comodas vel incomodas. Agricola
quidem sementi et infitionibus pastor cōmiscendis gregum armentorumq;
seribus: ad conceptus stabiles atq; partus sanos. Nauta nihilominus
ventos amicos atq; inimicos preteritorum experimentis prouidet: quibus
omnibus stabilis et seriose indaginis per elementorum motus temporum
alterationes ☉ et & atq; stellarum cursus experimenta fidem faciunt. In
infitione siquidem ex hora temporumq; infitionis prenoscit agricola inter
arborum genera: has incremento addere: illas fructus accellerare: alias
fructibus indulgere: alias aliter atq; aliter. A quo si tanq; argumenti locū
exquiramus experimentorum vsum nihil ambiens pretendit. Hanc secus
obstetricū vaticinijs: quibus experimenta fidem gerunt. Presciant siquidē
experto primum vtrum ne grauida sit. Secundo sexū discernunt: deinde &
ex p̄mogenitis quos partus virginales vocant. Vtrū ne amplius ea mater
paritura sit preuidentes ipsos etiam partus futuros prenumerāt. Habita
nanq; suspitione pregnantis cum id experimento discernendam fuerit mā
millarum capitella notant. Que si suffusa et amplexata videntur: ipsamq;

lupina

1

84

grauida

De p^{re}gn^{an}ti^{is} th^om^{as}

colore variato: oculis profundis: acie oculorum acuta: albugine plena atq;
turgida: grauidam esse ratam habent. Ad sexum discernendum. Utrum
pregnantis tractant quem si plenum rotundum abilem durum senserint: ipinq;
colore mundo masculum predicant: oblongum laxum ineptum ipsamq; colore
maculato femina testantib; mamillarum capitellis in masculo ad rubium
in femina ad fuscum colorem contrahentibus. Alio quoq; modo accepta eni
inter digitos lac pregnantis si spissum viscosumq; sentitur masculi lignum
rarum et liquidum femine. Item alio: lac namq; pregnantis speculo ferreo
superfusus: sicq; ad radios ☉ equabiliter locatum. Si per horam confluit
in similitudinem vnionis masculum fert: diffuens et expansum feminam:
Pariente vero q̄primū proles supra terram decidit ad caput infantis re
spiciunt: q; si pilorum congeriem quasi cirritum videant masculū deinde pa
riturum presciunt. Sicq; geminis cirris gemellos. Nam et domini fortune
prosperē signum apud illas: quotiens cum folliculo sano partus egreditur
deinde future generationis numerum metientes folliculum infantis primo
genti vulue matris inherentem anteqm soluiatur pertractant: in quo quot
tanqm nodos seu quasi calculos inueniunt: tot partus futuros numerant:
quibus non inuentis nihil deinde parituram prenoscunt: nihil in horu ali
quid dubitantes nisi forte prius abortu confusa fuerit. Ad hunc itaq; modū
cum vulgaribus ingenijs experimentorum vltis tante sit auctoritatis: tum
apud medicos etiam experimentoz certitudine firma cure sue prouidentia
est. prouident hi quibus firmior eius artis experientia est inter naturalia et
circa naturam: per anni tempora: terrarum climata: quoddam humorum
genus in corporibus humanis. Ceteris autem cui ceterorum parti vsq; ad
quantum preualeat: deinde quid cui salubre quid noxium ipsius etiam in
comoditatis corporee augmenta detrimenta status alterationes: iuxta qd
cuiusq; naturaz eorum que nature contraria sunt passiuam vident non na
turaliam inter vtrumq; genus mediante collatione: certis terminis metiunt
qd autem est per ipsas alterationes elementoz motus: alterationum mo
tusq; causas vires stellarum: non motuum experto memorantes vim ☉ ca
lorem: vim ☿ humorū: motus virozūq; stellarum et siderum cum his per
mixtionem. Hoc ergo arificioz genus quanto vulgaribus dignius: tanto
huic nostro p̄p̄inuius. Est aut medicine in parte dignior officium. Primo
corporum materias elementorum scz naturas subtiliter perspicere: deinde
in corporibus seruata proporcionabilitate comiscere: comixtionum demu;
ex naturali necessitatis accessu atq; recessu accidentiū motus tractare. ¶ Of
ficiū autē astrologie in parte sc̄ogica ex motu stellarum elementoz mot
temporumq; alterationes atq; tum mundi ipsius tū partium eius: hic gene
raliter: hic specialiter metiri accidentium motus. Et igitur medicus sensibi
libus primū experimentis instructus: deinde ad nature p̄p̄ietates p̄uctus

speciez hanc calidā hanc frigidā siccāq; vel humidā morboz huic vel illi
raturū habet accomodā: sic astrilogus ex sensibili quadam experimētōz
institutione ad naturales celestiu corporū prouectus. Solem calidā: lunā
humidā: sicq; stellarum z siderum cuiusq; vim z naturā effectuum ratione
certam habet. Itaq; vulgaria quidem artificia particularia. Medicina ve
ro z astrologia magis vniuersalis videret. eo q; sui queq; generis integritā
tem amplectit: nisi q; astrologia tanto altiorē quanto materie dignioris est
estimamus. Medicina siquidem in elementoz naturis z in alterationibus
corporūq; ex eius compositione statu z accidentibus exercitat: astrologia
vero in celestiu corporū motu z naturis atq; per mundum inferiorē effecti
bus tota consumit. Medicus quidem elementoz alterationibus operam
dat. Astrologus stellarū motus sequit̃ elemētariē ad alterationis causas.
Sic igitur z omnibus artificijs siderum stellarū scia. quantū celestia terre
nis prestant z genere nobilior z dignitate celsior inuenit̃. Que cum ita sint:
quid terreat sapientem vel stellarum motus sectari vel motuū effectus spe
culari vbi cum antecessorū crebris experimentis philosophorū acutis asser
tionibus stellarum motus iuxta naturas earundē mundi accidentia con
sequi raturū habeat. Quando ex celestium consilijs rerum generationes si
ue corruptiones imminere videat tanquā aliqua reuerentia retenta vel cre
dere non audeat q; certū habet vel enūciare vel palam monstrare potest
Quemadmodū enī elementoz motus temporūq; alterationes atq; gene
rata mundi accidentia. celeste consiliū palam sequunt̃ Sic singulos etiam
quorumlibet indiuiduorum per omnē mundū inter generationes z corrup
tiones augmēta z detrimenta omniūq; alterationū motus ex eadem ori
gine ordinari familiarē toti⁹ ad partes cognatiōis ratio habet. Que omnia
experimentoz primum fundamento posito: cognata collatrix studiosa in
dago tandem consecuta est: vt si quando vel his intercitat error non artis
integritas: sed artificis ignorantia potius seu negligentia arguat. ¶ Restat
enim artis professor quociens artificii suscepit vt stellarū siderumq; mo
tibus locis per gradus z puncta naturis etiam z affectionibus omnino in
structus accedat: nihil intermittens de rerum naturis qualitatibus ordini
bus habitu locis temporibus: aptitudine stellarū habitudini apporportionata
Quibus siquidem defuerit imperfectū aliqua in parte labi nihil mirum est.
Hic igit error vnde cauēri possit insinuemus. Videt enim duabus de cau
sis principaliter incidere: tum ex parua cognitione rerum habitudinis in
quibus iudicandū est quid rerum an siderum ascribat̃. Cum ex minus sa
na celestis consilij conceptione: vnde plerūq; permixtio confusioq; ducatur
accidit ne leuiter elegi possit quem pre ceteris sequamur. Que cum ita sint
nec in hoc nec in alijs artificijs que ad prouidentiam pertinent qui omnia
consequi non potest pars quam obtinuerit relinquenda est. Modice nāq;

medicina
astrologia

sciētie no n modica plerūq; fruges est maxime in euentuū prouidētia . Vi-
demus autē z medicos z alios id genus in suo quosq; artificio nōnunq; de-
cipi . Nec tamē ideo vel opem ipsorum recusari vel artem displicere : quāq;
aliorum artificum error quā astrologi in curia ad pnciez procliuior . Me-
dici siquid ē fallacia mortis sepe causa fit : subaud nante interitus astrolo-
gi errorē ad maximū sepe in scientia reprehensio consequit̃ . Cum igit̃ ex ar-
tis huius z veritate maioris cōmodum z fallacia minoris incōmoduz sequat̃ .
Nec displicere cuiq; artē conuenit : z professoribus sūmope studendū ne ob
culpā cuiusq; ars innocēs infesta reddat̃ .

Caplm secūdū . De siderū motus effectū .



Unc astroz effectus speculari cōuenit premisso quod in om-
ni tractatu fieri debet vt inter incia disponat id de quo agat̃
Sequimur a primordio tractatus stellarum ducatus p mun-
dum inferiorē ad omnē rerū generationē z corruptionē suc-
cedit speculatio fideree nature omnisq; habitus z affectionis
Cohercemur autē quatuor terminis omniū rerū sciētiā cir-
cūstantibus . Prim⁹ quidē quo querit̃ inuentū ne est q; tractat̃ nec ne . Se-
cundus quid . Tercius quale sit . Quartus quare . Omnis ergo inuentionis
origo prima sensuū est : mouit enim sensus opinionē . Unde ad rōnem intel-
lectu dicto fit ascensus . Est ergo vt docuimus innētionis astrologie . prima
causa visus . secunda ratio consecuta est vt hinc etiam ad alium quēdam ce-
lestis secreti intellectū artis perfectio conscendat̃ . ¶ Omnis vero philoso-
phie superneq; indaginis auctoritate z ratione constat substantiā stellariū
corporum nec ex aliquo elemētōz huius mundi effectū nec ex pluribus vel
omnibus congestam . Si enim ex his elemētis esset eam elemētāre prolis
necessitates cōsequerent̃ : generatio corruptio augmētatio diminutio reso-
lutio ceteraq; id generis alterationis : que cum illic aliena sint tam circuloz
celestium q; stellariū corporū substantiā ex quinta quadā alia natura con-
sistere ratio concludit . ¶ Qualitas autē eorum corporū in forma est . Sunt
enim corpora sperica perlucida naturali motu degentia . Quorum motuuz
eaz necessariā intelligimus causam vt superioris essentie motus inferiores
naturas agendo misceret . Que cōmixtio ad omnē generationē necessaria
erat . yn de philosoph⁹ tandem intellexit inferiorē mundū supiori necessita-
te quadam ligatū qui naturali quodam motu voluit : habentē hūc trahere
ret . Superior etenim mundus inferiorē perpetuo ambiēs cum sibi alliga-
tum trahat motus mundi materias agitans actus z passiones miscet gene-
rationum omnium causas . ¶ Motus autē celestibus non nisi circularis
aptus erat . Nec enim perfectus est nisi circularis qui cum causa principio
quā fine careat : nescio qua parte quietē admittat : alijs nāq; motibus cum
sic principium z finē habent quo cum pueniant sistere necesse sit . ¶ Inferio-
ris autē mundi corporum duo sunt motus alter rectus finem habens quo

cum perducant fistant vt ignis ⁊ aeris sursum terre ⁊ aque deorsum. Alter
vō circularis qui resolutiones atq; alterationes ex alteris i altera rursusq;
ex illis in hoc circumagant. Hunc itaq; motum ambientes mundi motus
trahens in rerum generationes ⁊ corruptiones agit. Sunt enim generatio
nes in elementis. i. potentialiter potentia resolutio vero ex alteris in altera
genituram actu instaurat. verbi gratia. In ligno fumus potētia quē ignis
in lignum agens actu ipso generat. haut secus generatio quidem ⁊ corru
ptio in elementis potentia quas motus siderum elementa alterando in in
uicem resoluens in rem ipsam producit. Omnium autem huius mundi
corporum alterius in alterum actus bipartitus reperit: aut amborum con
tactu: aut inter vtrūq; mediasite aliquo. Contactu quidem vt ignis in mate
ria exustione facit: mediante vō alio tripartitus. Primus arbitrio vt cum
mouet alterū ab altero per mediū vtrūq; extremorū simul contingens: aut
inter vtrūq; intercedēs. Secund⁹ natura: vt cum ignis aquaz mediante ca
lore calidam reddit. Tercius intrinseca proprietate quadam: vt scilicet la
pis magnes ferrū trahit p mediū aeris interuallū: eo q; lapidis id agēdi vir
tus inest ⁊ ferri natura eius actionis passiva qđ nihilomin⁹ sit vel alio cor
pore interposito vt lamina cuprea atq; id genus sed ⁊ tactu accidit q; dū la
pis ferrū trahit ⁊ materiā aliā plerūq; ferro coherētē trahi: hicq; modus al
terū in alterū nature pprietate quadā agendi in multis taz herbis q; lapidi
bus inuenit vt colofoniū ignis oleum. i. ebrioz olitē nouit. Hoc igit modo
celestis essentia in inferioris mūdi naturā agere oino videt. Quoniā ⁊ illi⁹
nature nec huiusmōi virtus inest ⁊ hui⁹ natura eiusmodi virtutis receptiua
ex quo actu ⁊ passiōe mūdi nā pmixtio fit generationū oīuz mat. Cum igit
astra generationis rez causa sint: ea generationis eiusdē ducatū obtinere
cōsequēs est. Sunt vero nōnulli qui quod ab alio quodq; propter aliud fit
idem putant nec quicq; ab alio per distantiam interuallum fieri posse au
tumāt eē quos sunt huiusmōi motuum tres diuersitates. Primum q; facit
secūdū q; faciēte fit: terciū q; ex aliquo cōsequit. Facere vō duob⁹ modis ar
bitrio ⁊ natura: arbitrio vt ire stare sedere. Natura vt ignē vrere. Fieri q; si
milic⁹ arbitrio itez ⁊ necessitate: arbitrio vt līaz scribere. Necessitate vt mate
riā igne aduri qđ vō propter aliud fit ab his diuersuz. Nec enī faciēte alio
fit: sed alio precedente nec quadā cognatrice consequit verecūdia ruborē:
timorē palloz. Musica in modulamina animi corpisq; mot⁹ consoni: ad hūc
ergo modū celestia corpora cū sup hūc mundū motu naturali ferunt conse
quunt alligati sibi inferioris mūdi elemētoz mot⁹ naturales: generatiōes
rez ⁊ corruptiōes pducētes: exēpli grā: Sole primi circuli quadratē p agrā
te elemēta calidis ⁊ humidis qualitatib⁹ pari videmus. Sicq; terrā ⁊ arbo
res herbis ⁊ folijs vestiri: florib⁹ ad ornari: rezq; aliarū corruptiones aliar
generationes atq; ad hunc modū: nō ex solis aliqua deliberatione sed di
uinit⁹ iniūcto officio eūdi p circulū rezq; natura eiusmodi motib⁹ adapta est

Postremo philosophi sermonē subiungim⁹ quoniā circulus mouet causas mouentē habere necesse est: quā nisi intelligamus ad infinita deducemur: circuli vero motus infinitus q̄propter virtutē mouentē infinitā esse cūq; in finitā ⁊ incorporeā. Sic igit̃ causam omnis alterationis ⁊ corruptionis extraneā esse cōsequēs est.

Capitulū terciū De effectūū qualitate.



Quatuor sunt genera extra que nulla inferioris mūdi rerū species q̄b⁹ exponit̃ facile pateat q̄b⁹ siderū vires de hui⁹ mundi accidētib⁹ eligerit̃: Sūt aut̃ hec: forma: materia: cōpositio: cōpositus. ¶ Vitemur igit̃ loquēdi apud phos visitato mō quo formā humanā dicūt eā qua oē hui⁹ speciei indiuiduū hoc dici equina equ⁹. Materia vō seu natura q̄terna: terra: aqua aer: ignis. Cōpositio aut̃ elemētōz incorpib⁹ armonia. Cōpositū vō q̄ hui⁹ modi cōpositione effugit̃ qualia sūt oīa animātū germinū metallozq; corpora. In oib⁹ igit̃ corpib⁹ his que sentim⁹ quatuor hec genera inueniūt̃. primū q̄ cōpositū est: secūdū cōpositio. terciū natura. quartū species: his ita cōpositis cū phi sermonē subiungim⁹: oīs geniti genitricē eam antiquiorē eē. genitūq; ad esse dephēsiōnē ducere: verbī gr̃ a. Sustento sustinēs antiqu⁹ vt terra terrenis corpib⁹. Sic ergo cōpositis tūc materie antiquiores sint. Erūt quidē genera ⁊ spēs aīaliū germinū metalloz in natura potētia actiuo Tandē vt cōpositio successit Nec vero cōpositio nisi cōponente aliquo cūq; modo vetici ne cōpositū sui cōponēs aut sibi materia sit que cū ita sint est habere genitorē: omne genitū oēq; cōpositū cōpositorē discernentē in genera ⁊ spēs omniū. Hinc ergo cōstat opificē genitorē ⁊ diuersitatis deinde de sideris motibus nature ducatū cōmēdasse. Celestis siquidē motus virtutē cōpositiōis huiusmōi atq; differre cām eē ex antedictis collectū est: solo q̄ in cōpositione indiuiduarū atq; differētis specierū p̄potēte vtpote aīe corpisq; spāliter armonia cōciliāte. Lū igit̃ omne cōpositū ex forma ⁊ materia constat. Forma tūprior quasi cōpositis adaptā sibi materiā exquirat vnde in phia forma quidē artifici: materia vō instrumētis comparat̃. Ut enim diuersi artifices suis quicq; instrumētis opant̃ nihil alienis egentes. Opus aut̃ nō instrumētis sed artifici ascribit̃ sic diuerse forme nec hoc belua: aui⁹ q̄ enim de natura homini aptum alienū est belue. Sicq; aliud belue aliud aui. Assumit enī humana forma de naturis calidum humidū sicq; de ceteris q̄ subtilius aptumq; recipiende anime rationali motibusq; erecte standi sedendi atq; id genus. Forma vero calidum siccum vnguibus dentibus barbatibus atq; asperitati aptum: bestie forma frigidum siccum calci vngulis atq; tibijs idoneum. sicq; omnis forma q̄ sibi de materia patiente congruum est trahit. Ita ergo omne compositum nō materie sed forme auctoritate principaliter ascribit̃. Hanc igitur vt cognitis omnibus que in rebus

compositis huiusmodi principia pariunt facile intelligat quid aliunde obueniat
quod stellarum virtuti relinquere necesse est. ¶ Primo materialium quatuor proprie-
tates tribus differentiis distinguimus. ¶ Prima est qualitatum contrarietas ut
caloris et frigoris. ¶ Secunda est alteri in alterum resolutio: ut terre in aquam
aque in aerem: aeris in ignem: sicque e converso. ¶ Tercia est augmenti detrimenti-
que receptio. Est enim aeris pars parte humidior: terre pars parte siccior. ¶ Forme
quoque tres alie proprietates ab his diuerse. ¶ Prima quod nulla forme inest con-
trarietas nec homo in eo quod rationalis mortalis est rationali vel mortali constat
contrarius. ¶ Secunda quod non resoluitur altera in alteram: ut homo nunquam fit asinus.
¶ Tercia quod nec augeri nec detrimenti capax: nec enim homo hominem magis
minusve rationalis vel mortalis: his igitur omnia omnibus corporibus ex his in-
esse principiis cognoscimus quod in rebus contrarium resolutorium crescens de-
crescens reperitur. ut homo nunc calidus nunc frigidus nunc ex calido in-
frigidum transiens nunc magis nunc minus calidus vel frigidus ex materia est.
quod vero oppositum his in suo genere ex forma est: quod itaque nec ex materia est
nec ex forma inest: tamen quia nihil est cuius ortus legitima causa et ratio
non precedat nec preter hoc in inferiori mundi parte quicquam quod cause locum
optineat superstes id celestem potentiam consequi necesse est. Id autem est ut ge-
neris a genere speciei a specie individui ab individuo diuisio et distantia ut
anime corporisque armonia aliaque accidentia innumera: ut sexus: discretio forme
et habitudinis decor vel turpitudine stature inaequalitas: varii colores: di-
uersi mores: atque id genus. Omne igitur individuum ex tribus principiis constat
proprietas forme proprietatibus materie siderum effectum. Ea ergo que
sunt effectus adueniunt: diuersos eorum ducatus sequuntur: alios proprios alios
communes: ut sol dux singularis vite generalis omnium animantium: mercurius
hominis. Cum itaque stelle rerum singularis ducatus concessum tamen in com-
muni officio aliarum participatione assumit ut hominis vnius generalem
substantiam sol singulariter ducat specialem. Mercurius tamen in communibus
perficiendis ceterarum consilia assumit. Erit ergo solis in vno homine proprius
ducatus substantie animalis. Communis vero cordis et cerebri. Mercurij sin-
gularis ducatus substantie humane cum participatione vero oris et lingue.
Cum ceteris in participatione assumptis: saturno splen: ioui epas: marti san-
guis: sicque cetera ceteris concedunt sic in omnibus corporibus suas quoque par-
tes omnesque proprietates et accidentia gemino ducatu vendicant: que si ex di-
uerso ducatu non consisterent nec ex diuersis ea partibus qualitatum proprie-
tatibus aut accidentibus constare possibile esset. Nunc autem in rerum ducatu est
stellarum: alij genus: alij species: alij individuum temporum alijs atque alijs qua-
litatum quantitatum ceterorumque accidentium aliud atque aliud concedat. Hinc est quod con-
templationum etiam in indiuiduis ipsarumque naturalium proprietatum alias alijs
preesse videmus: quod nequaquam materialis formalisve potentie sed sideree virtutis

intelligit. Nō naturalis sibi alicuius seminis origine sed archane cuiusda proprietatis motu. Sūt enim qui putant nihil nisi ex nature sue seminis resolutione procreari contra quos est bipartita procreandi lex. Cum enī omne corpus ex quatuor elemētis compositū cōstat: aliud tamē ex genere sui semine origine sumpta in natura sua procreat vt homo ex homine in homine. Arbor ex ramunculo insita: arista ex grano recepto: aliud ex aliquo sui semine genereve suo: sed materie coeūtes pariūt gramina arbuta idq; genus. Gemme quoq; ceteraq; metalla que ex diuersis vaporibus congelant. Animalū etiā nōnulla tam ex aeris tam ex aquaticis et terreis: vt sunt musce: rane: pulices: atq; id generis que omnia elemētorum quosdam motus temporūq; vicissitudines nō ex aliquo genere sui in natura sua semine procreata sequunt.

Capitulum quartū. De confirmatione astrologie.



Hic ad hunc modū ordinatis nūc in astrologia rō danda simulq; cōtradictib⁹ respondēdū videt. Sunt enī qui fidereis motib⁹ vim et efficaciam negāt decē sectis dissidentes. Præ qdē sūia in illū penit⁹ stellis ducatū eē ad vllōs effectus: aut corruptiones rerū mundi sublunaris quib⁹ oīs antiqua auctoritas rīdet. Oīs siquidē sube gemino impulsu agitare motū naturalē in re altera cognatis vinculis ipsi alligata naturalē resolutionē faciat necesse est. Quia cū ita sit cū motū ei⁹ resolutionis cām ipamq; eius causē effectū esse cōsequēs est: hoc etenī modo ignis motus naturalis in materia cognate receptionis: naturalē resolutionē facit exustionē dico. Est igit ignis qd exustionis cā: exustio vō huius cā effectus. Ad hūc itaq; modū corpa celestia cū mundū inferiorē gemina ambiant naturalē eorū motū in elemētis huius mundi naturaliter illis annexis circularis alterius in altere resolutionis generationis omnis et corruptionis nam nature cōsequit cum itaq; motus celestis elemētarie resolutionis causa sit. Nec autē resolutio effectū et corruptionū eorū etiā effectus et destructiones prius celestis motus cōsequi necesse est. Quia enī alteri⁹ corruptio idē alteri⁹ est generatio: ligni siquidē exustio carbonis effectus est: carbonis corruptio cinerē generat. vñ apud philosophos verbū vsitatū stellarū naturalis perpetuus: nature effectus perpetuus. ¶ Secū de secte opinio: stellas ducatū habere ad res generales atq; vniuersales: vt genera et spēs rerū: vt temporū alterationes: vt elemētōrū resolutiones atq; id genus: nō autē ad indiuiduas resve singulares earūve ptes aut proprietates singulas. Contra quos qd in omni philosophia ventilatū est. Quoniā omne huius mūdi corpus ex quatuor elemētis cōpositū cōstat. In omni siquidē corpore sentiunt stellarū motus cum illis p̄fuerint et his p̄esse habēt. Cū enim motus celestes elemētarie resolutionis causa sint: resolutio vō generationū easdē generationes eorū etiā motū effectū eē cōsequēs est. Itē

quonia nihil generibus aut speciebus cōuenit q̄ indiuiduis alienū sit cū cōce-
dūt aialis hoīs ve substantiā proprietates ⁊ accidētia ducatur necesse hnt
et socij ⁊ tulj substantie habitudini colorum habitudo affectioni ducatur
p̄bere. cum ad oīm genera ⁊ spēs ducatur erigant. ¶ Tercia secta subtilio-
ris opinionis: vel argumētōꝝ similitudine quadam omnē astrologie effica-
ciam eripere laborat q̄ ex parte assumens stellis ad vtrumq̄libet effectum
negat. Id ergo cum assequi nequeat euenit vtroq̄: in festo tanti labore fa-
tigata deficiat. Nos enim exposita primū opinione eorum quilibet negāt
eidem statim opinioni cōtradictētes vtrumlibet affirmabimus deinde stel-
larum etiam motus ad vtrumlibet ducere demonstrabimus. Aiunt enim
qui vtrumlibet assumētes astrologiam inanem reddere conant̄. Quonia
omnium huius mundi rex tres modi sunt necessarij vt ignem esse calidum
impossibile vt eē frigidum: vtrumlibet vt hominē scribere. Nec stellaz effe-
ctus vnquā visibilis esse potest. Astrologie officij supuacū ⁊ inane. Huic
ppositioni cum nōnulli astrologoz primi secundi ob minus firmam nisi co-
gnitiōē satis rīdere non possent cōclusionis in cōmodū: diffugiētes indu-
cti sunt: vt nihil vtrūlibet crederēt. Sicq̄ dum minus fugerēt in maius in-
ciderunt. Cumq̄ alterū alteri causa esset: gemino aggere erroris cumulus
accreuit. Visum est igit̄ illis duos tantū eē modos necessariū ⁊ impossibile
Quicquid enim vt aiunt sic vel futurū est inter sic ⁊ nō est. Sic vō ad esse nō
autē ad non eē: eē igit̄ necessarium est ⁊ non eē impossibile: esse namq̄ ⁊ nō
eē contradictoria circa idē simul nunquā vera: sed alterū semp verum alte-
rum semp falsum. Q̄ ergo sic est necessariū est q̄ nō impossibile. vnde nihil
hominū deliberationē relinquitur sed vel ex necessitate coactos facere vel
impossibilitate prohibitos non facere. ¶ Quib⁹ p̄hs obuiās primū verbosi-
tate eoz validis argumētis cōfutata argumētōꝝ vtrūlibet affirmationem
subiungēs ait. Omne vtrūlibet aut necessariū quidē aut impossibile cōsequi
Cui⁹ in vtrūlibet cōfirmationē hec argumētatio prima: quonia oīs necessa-
rij ⁊ impossibilis cognitio naturalis: trib⁹ tpib⁹ discernē p̄ūi p̄terito futuro
Ut ignē fumus ⁊ semp fuisse calidū ⁊ eē ⁊ futurū eē: nec frigidū fuisse vnq̄
nec vnq̄ futurū. Accidētales vō nō ita: scim⁹ enim hominē scripsisse vel scri-
bere nō vō scripturū scimus: fieri nāq̄ potest scripturū: fieriq̄ non scripturū
id ergo nec impossibile nec necessariū: fieri namq̄ pōt ⁊ non fieri. Est igitur
vtrūlibet. ¶ Scda argumentatio ē: necessariū ⁊ impossibile in omni genere
⁊ specie equaliter sunt. Quē siquidē homīes equalit̄ mortales totusq̄ ignis
e qualit̄ nō frigidus: vtrūlibet vō nō ita vt hō ambulās: homo nō ambulās.
Itē nec necessariū nec impossibile alterat̄: vtrumlibz vō mobile vt de motu
ad quietē ⁊ ecōuerso. ¶ Tercia argumentatio est: qm̄ in his que pponunt
quisq̄ primū cogitat ac consulit vtrum ne fauet aut vitet. Deinde quando
qualiter vbi atq̄ id genus. Omnia primum cogitatione atq̄ imaginatione

prescripta: tum demum actu ipso deliberatione auctoris consequitur. Necessarium autem et impossibile nec consilij nec deliberationis egent. Nihil enim villo studio adiciente. natura ipsa dat certum ignem cremare nec vnum frigare vtrilibet esse consequens est. Quarta rocinatio est quod omnium necessario et impossibili vna tamen vis et simplex. Alteri quidem esse tamen alteri vero nunquam esse. Rebus autem quod plurimis vim geminam videmus ut esse vel non esse: et ita esse aut non ita: ut aurum nunc calidum nunc frigidum: nunc magis nunc minus est igitur vtrilibet. Quod ergo philosophus diffinit. Omne vtrilibet necessarium vel impossibile consequi huiusmodi est. Quoniam omne quod in arbitrio et deliberatione est ut ire et non ire: antequam fiat possibile est. Factum vero necessarium: impossibile vero in parte altera similiter. Cum ergo constet vtrilibet constabit etiam sidera tribus rerum modis ducatum prebere necessario et impossibili vtrilibet: ut enim omne huius mundi corpus ex quatuor elementis constat in omni siquidem ut deinde est inveniunt. Omne vero elementum et ex altero et in alterum resoluitur et augmentum atque detrimentum capax esse necesse. Etiam ipsa corpora hominibus esse resolutiva augmentum atque detrimentum receptiva. Cum ergo sidera elementorum motibus presint et corporum alterationes ducere consequens est: ut cum hec ex anima rationali et naturis quatuor constet stellarumque substantia ut philosophus intellexit vna ex anima rationali motuque naturali legem habent sui generis animas confirmatas armonia sibi corporibus aptare in vtrorumque genitoris instituto. Itaque vis anime rationalis arbitrium et deliberatio. vis vero corporis ad vtrumque procliva. Cum ergo sidera anime corporisque armoniam moderentur tam necessarium et impossibile quod vtrilibet ducere consequens est. Ut postremum hominis fatum ut ipsum volatibus ineptum ut nunc sanum nunc egrum: atque idem quod astrologie officium maxime prestat. Nec enim astrologus providendum assumit vtrum ne moriatur homo certum enim habet id esse in evitabile: sed vtrum ne cras aut pridie. Cum igitur siderum ducatus rerum provetus precedant: ante quidem in sideribus potentia sunt. Post eventum ad necessarij vel impossibilis terminos concedunt ut in igne antequam urat urere quidem potentia. deinde necessarium. Quod igitur vtrilibet bipartitum est in deliberatione anime rationalis et in nature compositione per temporum continuationem mundi vero elementa huius secundi receptiva: cetera omnia tam animantium quam germinum metallorum ve corpora: ad hoc secundum spectant: solus homo vterque aptus ex primo. id est deliberatione rationalis anime corporisque adapti motu secundum vel consequens vel evitat. Nam nec sideribus corporibus licet rationalis anime deliberatio vel ad consequendum aliquid quod egeant vel ad effundendum quod timeant necessaria. Quarta secta gradus celsioris ex his videlicet qui universalis scientie operam dant: plane autumat sideribus motibus rerum huius mundi in illos esse ducatus exceptis temporum alterationibus quo cum inconsulte proferant nec secum ipsi stare videntur. Quis siquidem vim siderum temporum alterationibus prostituere possit. dum eam eis que temporum alterationes consequentur eripere

conantur dicunt absurdum est. Certum namque est nature conscius; temporum
alterationes elementarie resolutionis vomitem esse et causam. Illam vero
generationum omnium et corruptionum auctorem. Sic ergo fidere eos motus a
terribilibus ad elementa: ab elementis ad rerum prouentus continuari necesse
est. Preterea quod in omni philosophia post primam illam hec celestis sapientie species vsti-
tata est: vniuersi quidem philosophorum sententia prime illius omnem fructum
in hac secula reueruat. Quid enim aiunt prodest stellarum circuitus variosque
discursus insequi nisi ad quid tendant. Quo ne ducant assequamur unde huius
modi honores recte assilari videntur eis qui preclaras radices et semina rerum
et species utiles inutilesque seruant bono quod habent vti nesciant. Qua de
causa in modica eos in scientia reprehensio ostenditur. Quo cum due scientie continue
vnum totum componant alteram seminant: alteram ignorant. Quinta secta
eiusdem ordinis de eis videlicet qui priori scientie studerent hanc ex toto in-
ficiantur: id in argumentum assumunt: quoniam nihil ratum cuius expe-
rimento usus: fundamentum mihi sepius iteratum: idque in sideris mo-
tibus humane vite impossibile est. Nullam enim stellam ut nunc in hoc lo-
co reperiri possibile est: ergo astrologie studium inefficax et inane. Contra
quos quod antiquae solertie indago non hunc ope siderum vires experta est. Est
enim celestis ducatus alter particularis manifestus: et alter vniuersalis. Par-
ticularis quidem ut Sol in calore: Luna in humore: stellarumque in cottidiana aurarum
variatione. Vniuersalis vero ut in revolutione annorum nati diuersitatem
ducatus inter elementorum qualitates: earumque temperiem: atque mundi acci-
dentia inter sanitatem et egritudinem: fortunaque hominis que licet minus
constantia potuit transire inter accidia mundi hominumque negocia breuiori spacio
experiri in variis stellarum discursibus per signa ignea terrea aerea aetherea
Sic enim agebant et in eorum parte qui stellarum motus secuti sunt. Nullus
quippe stellarum reditus ad .M. vel .D. annos expectabat: sed qui vite suo
spacio stellarum loca obseruauerat: scripto posteris relinquebat. Transactis
deinde aliquot annis: ipsa etas alia atque alia stellarum loca reperiret inter
vtriusque locorum tam temporum terminos dimensio habita est. Sic enim
Ptholomeus acceptis stellarum locis atque motibus ipse quodam pariter cum
inueniendi ratione et modo ipsi stellarum motus atque loca rationabilibus artificiis
renouauit: et postere etati cum probata legum deinceps viam parauit. Sic
ergo plus Ptholomeus aliorum quilibet accepta stella in certo loco: circulo
retrogradationis partem in loco notato circuli ex centrīs sicque dimisso ex-
pectaret donec ad eadem pariter vtriusque circuli loca rediret: cum in tantum
studium instauraret: nihil unquam perfectum esset nec deprehensum esset diuersi
stellarum circuli circulozumque diuersitatis absides videlicet digressiones:
retrogradationes atque id genus. Ad hunc itaque modum in nostra quoque parte
ex locorum per signa ipsarumque stellarum virtutum parte: ipsum continuatione

particularis
vniuersalis

rōnabili ordine ad totam scientiam pertinentū est. Cum etenim antecessorū
experimenta nonnulla ad posterorum memoriaz scripta perduceret postea
etas. Quocq; tempore stellarum vires experiens paternūq; inuentum ad
augens sequenti secundo nemorūq; inuenta relinquens. Si quid vtrisq; de
fuerat preparata via facile complendū relinquebat. ¶ Sexta secta suo ipsi
errore in astrologie errorem seducitur. Sunt enim homines stellarum cō/
poto dediti qui dum a via almagesti libri qua vniuersalis sapientie veritas
integra continetur deuiantes ex particularibus stellarum collocationem
sumpta ex alijs atq; stellarum alia atq; alia loca reperiunt errore proprio in
geminam astrologie blasphemiam inducunt. Altera quippe q; aiunt vera
stellarū loca raro posse inueniri: propterea q; vnde eorum collatio sumitur
tam in medijs stellarum q; rectitudine secundarum atq; terciarum sequen
tiumue minutiarū augmēta siue decremēta longo tempore non parum
sub crescentia stellarum loca vel posse relinquet vel promouet. Altera vero
astrologici veritatem iudicii non nisi ipsa stellariū punctoꝝ veritateꝝ con
sequi. Hi ergo pꝑrie iusticie errorem arti innocue deputant quibus gemina
ratioe respondemus. Primo loco q; astrologus ex stellarū proprietatibus
signorum naturis: domiciliorum affectionibus: cōmunia rerum accidentia
iudicat. Gradus autē singuli ad proprios magis singulariū rerum habitus
specie punctorum seu gradus etiam integri error et non multum impedit.
Secundo q; iudicijs quidem ex eo q; hec vel illa stellarum in hoc vel in illo
circuli vel signi fuerit loco id vel illud de rerum accidentibus consequi. Eo
vero loco certa veritate deprehensa trahere composiste officium est. Unde
cum astrologus pro locorum naturis stellarum affectus in rerum iudicijs
sequitur: si interdū fallitur non astrologi sed astronomi culpa videtur. Q;
hinc nimirum accidit q; hominum eius studij nonnulli generalis sapientie
veritate omīssa cum ad particularia diuertuntur contenti plurimūq; fiunt
compoto quoli bet debilis radicijs: vnde ex longo tempore longum etiam
erroris impendium accrescere consequens sit. Ut hanc stellarum collocati
onem sumpta vel per signorum loca certa: vel per coniunctiōes aliquarum
determinata instrumentis veracibus: vel etiaꝝ visu aliter esse deprehendat
¶ Quapropter et ipsis astrologis iniungimꝰ vt omīssa vaga atq; incerta par
ticularis compoti auctoritate stellarum tam errantium q; stabilium loca in
tegre sapiētie veritate qua almagesti certis dimensionibus atq; artificiosis
instrumentis firmat q; studiosissime sequantur. ¶ Septima secta scientiam
hanc ea de cā infestant q; cum ipsi eius officio studuerint nō omnes statim
qđ affectant assequi valeant. Luncq; desperati desistant artis studio dediti
inuidiose detrahentes eos q; ipsorum inconstantie atq; imperitie defuerāt
a studij efficacia elongant. Ad igitur q; obiciunt cum rationeꝝ approbandi
non habeant: vacuis sermunculis respondere: et superuacuum est et indignū

videtur. ¶ Octaua secta medicorum non eorum medicorum qui multas eius
artis experientiam habeant. Illi siquidem in arte sua non parua astrologie
necessitatem experti: eam ipsi studio sponte preferunt: sed plebei quidem me
dicine professores: quibus ut Giuliano verbo utamur facilius quis medicinam
adiuuat quam astrologiam concedat. Hi ergo aggreffi ducti nihil expetendum
preter opum sarcinas omnino annunciantes: dum astrologiam degradare
laborant omne studium lucrandi et conseruandi facultatibus postponunt
Unde proprio testimonio tribuunt tam artis sue ignaros quam ceteris omnibus
scientiis alienos mentisque inanes: more iumentum ad esum pro infortune voti
deditos. Si enim in arte sua quam profitentur noti essent: nec astrologie su
mam opem ignorarent: quod Ypocras attestans in libro quodam. Post
cetera que diximus inquit de aerea mutatione de astrologia sunt. Nec enim
astrologia parua in medicina obtinet partem: qua sententia phisicorum
artificio a ditos instruit temporum alterationes motusque naturarum. fide
reos cursus consequi: ut precipuum sit medicis astrologie fore participes qua
tinus artis sue fundamentum et principium recognoscant: cui quantum astro
logia prestat perpendi potest. Cum enim preuiderit astrologus cui me
dendum sit: et quare ac quantum: demum medicus utiliter accedit. eiusdem
siquidem prouidentia similiter et laborem inutilem precauet. adeo namque
siderum virtus in medicina prepotens ut etiam ceticos dies quibus omnis
egritudinis variatio deprehenditur omnino vendicet. unde tam Ypocrati
quam Galieno quam ceteris fere omnibus philosophis compertum: astrologiam plane
phisice ducatum obtinere: ut qui astrologiam damnet phisicam necessario
destruit. ¶ Nona secta vulgus est: qui quoniam omnia sapientia alieni sunt
astrologie dignitati detrahere presumunt. Nec enim apud eos beatum est
nisi opibus affluere: nec sapere nisi lucraturi: sicque maior pecunie dignitas quam
sapientie: qui nisi tam obscena comparatione abuterentur inter fortune lu
brica et naturalis celerrimi bonum cum omni sapientiam infestet: nec astro
logiam nimirum preterit. Eiusmodi agnosce hominum genus nec responsione
dignum esse quibus id primum occurrit. quoniam comparatio rei extra genus suum
inepta est. Quod ergo inter opes et scientias compactionem faciant: quod nihil mirum
videri debet: cum eiusmodi rerum discretio intentionis eorum propria sit. Cum ergo
fortunam sapientie preferant: nobis quod intersit exponendum videtur. ¶ Fortuna quidem
ceca nec probum nec improbum nec ullam hominis dignitatem aut ordinem discernit
sed se vel citius peruersis moribus animoque ignobili quippe ad votum eius percliuiori
concedit. Sapientia notata nec enim iners ingenium animique degenerem patiens
vix summo studio curis atque vigiliis perpetuis consequendam prestat se illa
quidem in parte affectionis. Fortuna: sapientia hic in ambitum cedit ad hoc quod est
cum multis in rebus bestiis inferiores sumus hoc solum maxime excellimus quod
sapimus. Quantum ergo homo a sapientia recedit tantum ab homine alienatur: nate

bestiarum proximatus. Quanto autē sapientiam sequitur tantum a brutis
 elongatus in hominis natura excellit. Multo ergo magis ea sapientie pars
 appetenda que hominem etiam supra hominem efferens: super se nisi quod proximum
 reddit. Hanc autem astrorum cognitionem esse plane intelligendum: materie
 dignitas et ordo tribuit. Decima secta ceteris aliquanto iustiorum causam
 habere videtur. Ex eo siquidem quod plerisque huius artis professores minus
 peritos in officio suo nonnunquam errare vident: artificis culpam arti imponunt
 qui certe minus culpandi viderentur: nisi tam ineptas facerent translationem
 hoc itaque remouendum: tantum culpe ipsa erroris causam exponere sufficiat.
 Sunt enim nonnulli huius hominum generis qui debilis ingenii tenuis intel-
 lectus cum sese huic arti addicunt tam tedij laboris quam ingenii inopia compe-
 tentibus: tum propter nominis reuerentiam: tum emolimenti specie responsa
 negare non audeant. plerumque vel plus quesitum promittentes falliuntur et fallunt.
 Qui ergo rerum iura sano iudicio tractauerit: nequaquam huiusmodi erroris
 culpam arti innocue ascribendum censebit.

Capitulum quintum De utilitate astronomie



Hactenus diuersos hominum errores astrologiam calumniantes
 quibreviter potui redarguisse opinor. Nunc quantam humanis
 necessitatibus fruge hoc artificium ferat asserendum videtur.
 Sic enim qui ad dicentes aiunt tam et si verax firmumque astro-
 logicum artificium certa scilicet rerum prouentibus iudicia tribuens
 Quid tamen interest futura prescire antequam fiant. Si enim bonum
 futurum est quid additur prescientia quod diu non sit. Si vero malum et ante
 aduentum mali prescientia ledit: atque hos quoque domesticus error inuoluit ut
 tantos fructus prouidentie ignorent: cum tantum operam dare non desistant
 nomenque rei non rem ipsam dissilant. Omnis enim homo rationis compos
 naturaliter habet ut prouidentie rerum operam det: quas si utiles prescierit
 prouido consilio commodum plerumque adauget. si aduersas prouida cautela
 nonnunquam ibi minuit. Sunt igitur huiusmodi prouidentie tria genera. Primum
 experimentis quod vulgare est. Secundum temporum alteratione quod medicorum
 est. Tercium effectum siderum quod astrologus ministrat. Omnium communis cura
 ut euenturis bonis ac commodis reddant aduersis cautos. Vulgaris itaque
 prouidentie non parua utilitatem videmus que cum sepius expro elementorum
 qualitates successusque prenotarit: contrariorum ope antequam superueniant premunet
 ut contra frigus locis atque visibus calidius cuiusmodi cottidianus est hominibus usus:
 ut preuisa plerumque morbosa ante pluuiaz ad tectoria confugiunt: ut pre audito
 nonnunquam hostium insultu ac superuentu: aut ad repellendos preparantur aut
 saltem effugiunt. Habitaque prouidentia nequaquam rem ipsam impellit aut mu-
 tat: sed cautela data rei vim quidem aut prohibet aut saltem alienat: hocque
 genere omne vulgus ut nauta pastor agricola in suo quisque officio fungitur

Medicoꝝ quoqꝫ pꝛouidentia non negligenda: vtilitas que est ex tꝑm
alterationibus: naturarum motibus: humorũ in corporibus: generationes
corruptiones. augmenta decrementa certis in terminis consequi pꝛescribit
naturales pꝛeparat opem: que iam influentibꝫ obuians: supꝛfluos iminuens
deficiẽtes augens: tꝑatos medio statu cõseruans: dissolutõẽ repulsa naturã
cõsolidat. Hinc est qꝫ nerualibꝫ formaculis aduersus estinas febriculas: hinc
flebotomo: hinc ventosis contra sanguinis putredinez atqꝫ apostematum
et molestias vtimur: atqꝫ ad hũc modũ multa phisice pꝛouidentie in cõseruanda
sanitate vtilitas est. In egritudine quoqꝫ pꝛouidere inter vitam et mortem
discretionis non minus est comodum. Que cum ita sint in his: tamen et in
astrologica pꝛouidentia vltimo multo maior atqꝫ certior apparet vtilitas. **A**stro
logie vero pꝛouidentie quinqꝫ sunt spēs. Prima quidẽ est que cum futuros
rerum euentus pꝛeterminat poterit eorum noxa repelli poterit non repelli: vt
bellum publicũ: generalis fames: vniuersal' terremotꝫ: exustiões: eluiones
cõmunis hoĩm siue bestiarum pestilentia. Cuius pꝛouidentia locus annoꝝ
seculi reuolutiões. Huiꝫ igitur hec manifesta vtilitas qđ cum pꝛscierit homo
pestifex: aliquod huiusmodi regimẽ seu pꝛouidentie totiꝫ futuri poterit aliquñ
vel locoꝝ mutatiõẽ: vel aliqđ id genus in genio pestem curare: quẽ si penitꝫ
effugere nequeat cõsulto saltem interim et consolato: pꝛeuiſi superuentus tol
lerantia multo leuior est qꝫ his quos in pꝛouisus atqꝫ repentinus terror pꝛe
uens non solum cõsiliũ sed plerũqꝫ mentis animeqꝫ inanes reddit. Secunda
species de pꝛiuatis prima eiusmodi rerum euentus pꝛscribit quorũ noxa ex
toto vitari potest vt egritudo vt hostis hisqꝫ similia. Cuius pꝛouidentie locꝫ
igenezia. Annilibus autẽ questionem talis fere vtilitatis qualis in vulgari
medicoꝝqꝫ pꝛouidentia exposita est. **T**ercia species sunt rerum euentꝫ
quos cum pꝛscierimus partim vitare poterimus quales sunt egritudines que
iam ex toto vitari nequeunt: pꝛouiso tamẽ eorum tempore preparatur vt et
minus sentiant et citius terminent sicqꝫ de similibus incomodis. **Q**uarta
species rerũ euentus inuitabiles: sed transitorios metitur vt de morbo: itẽ
aut de carcere inuitabili cuius magnum hoc proficiũ quidẽ cum et ipsum
et terminum eius pꝛscierimus et ad tollerandũ id pꝛeparatur nec de termino
eius desperamꝫ. **Q**uinte speciei sunt postremi rerum euentus generaliter
inuitabiles vt de morte hominis cuius pꝛouidentie vtilitatem perdendã
relinquimus. Qũm igitur cõmunis vtilitas qꝫ subitorum et in pꝛouisoz casuũ
occasionem phibeant. **E**st enim ois vehementis et in pꝛouisus aduersitatꝫ
euentus terroꝝis turbationis atqꝫ tribulationis occisio vt eiusmodi cõfusio
nõnunqꝫ mortis repentine causa existat atqꝫ euentuũ cõsequentia ipsis euen
tibus plerũqꝫ sint grauiora. Hec ergo futuroꝝ pꝛouidentia si euentꝫ ipsos
phibere nequit: saltem euentuũ cõsequentia pellit. Sidera nanqꝫ cum ad
euentus ducant: ducunt etiã ad ingenium qꝫ euentuũ noxam vel phibeat:

vel saltem alienet. Utamur itaque sermone vulgari intellectu propinquo in eos qui futurorum prouidentie non solum utilitatem negant: verum etiam grauium curarum occasionem imponunt. Si enim vitande cure et deliberationis causa hominum futurorum prescientiam negligere conuenit: eadem de causa nihil inquirendum: nihil penitus aggrediendum restat. Si enim iter instituas pergrandi cura: vie timor redditus expectatio sequuntur: sicque in ceteris id genus quapropter nec sperandum unquam aliquid cum spei communiter accidentia sint cupiditas gaudium amor dolorque ut in res conducit: ut sine omni prouidentia et consilio nihil deliberatiue agente: fortune ad omnes casus exponas sicque ratione cassa nihil hominum super bestie naturam relinquatur. Item in eosdem qui huic prouidentie fructum adeunt ex eo quod curas spei vel timoris afferant. Si enim omne quod curam affert quodque cum passionibus consequuntur fugiendum est: nec voluptatum aliquid unquam oblectamentum appetendum relinquatur. Si enim musici modulaminis dulcedinem intro conceperis vim passionis consequi necesse est. Ex eademque de causa pocula nec sapida nec dapes lautas nec formosa mulierum corpora cultusque venusta vel attingere unquam licet nec cum usus defuerit dolor consequatur necesse sunt que de termino de victu quaque spurcissima venere potius utendum: que cum defuerit nec curas sui posse relinquat. ¶ Quod cum nature hominis inest ut ratione et consilio vel euitare studeat quod timet: vel assequi quod sperat summe necessarium et astrologie prouidentiam opinor si euitandum presciceret timor cessat si assequendum gaudium certitudine accumulatur. At vero si vel ineuitabile non assequendum illic tollerantia hic dolor tanquam consulto et consolato tanto leuior est quanto adhibitarum frustra facultatum penitentia accumularet.

¶ Secundus liber nouem habet capitula.



Primum de numero stellarum et inequalitate atque nominibus numeroque imaginum vniuersi celi. ¶ Secundum quare .12. imagines inter omnes alias rerum ducatum obtinuerunt. ¶ Tertium quare he imagines numero .12. sint. ¶ Quartum de compositione harum imaginum. ¶ Quintum quare ab ariete inchoent. ¶ Sextum de tropicis firmis et bipartitis. ¶ Septimum de quadrantibus circuli causarum mobilium et firmorum et bipartitorum: causarum numeri signorum: ac quare ab ariete inchoent signorum quoque naturis et trigonis iuxta quidem Hermetem post abidemon. ¶ Octauum de signis masculinis et femineis. ¶ Nonum de signis diuturnis et nocturnis.

Capitulum primum. De numero stellarum et inequalitate atque nominibus numeroque imaginumque vniuersi celi.

Liter oēs antiquae auctoritatis viros qui Ptholomeo prin-
cipe celestis orbis dimensiones qualitates et habitudines
prosecuti sunt plano constans est eum circuitū terre globū
vndiq; versum ambientem medio conclusum cohercere: il-
luminos ita constipatum sicq; immotum celestis circuli quasi
centrum existere. ¶ Quid qui perdiscere voluerit Almagestū
legat. Inter supremum autem orbem terreq; globum me-
dios alios circulos stelliferos contineri que stelle cum innumere sint electe
sunt ex omni in latitudine notabiliores. 1029. e quibus septem velociores
cursusq; dissimilis ♄ ♃ ♀ ☿ ☿ ☿ suisq; circulis feruntur. Quapropter he-
erratice dicte sunt. At vero. 1022. stabiles quoniam omnes vnius motus
cuiusdemq; circuli singulos gradus centenis fere peragunt ānis. Oēs igitur
he. 1022. per sex ordines dispositae sunt. Que nanq; reliquis omnibus lucis
sue quantitate notabiliores extiterūt. In primo resident ordine suntq; nu-
mero. 15. his minus lucide. In scdo ordine. 45. infra has. In ordie tercio
208. In quarto. 474. In quinto. 217. In sexto deinde. 49. e quibus pre-
ter has. 5. nebule similes vnde 2 nebecule dicuntur: due tenebrose quarū
vna oblonga tanq; caudata. ¶ Ad hunc modū ordinate omnes he. 1022.
Demum. 48. imagines omne celum permeantes composite sunt quas gre-
ci latinisq; fabule diuersis nominibus assignauerunt. Arabes vero nihil in
fabulas sperantes: nec de nominibus in se disceptantes rem ipsam ample-
ctando: eas a via ☉ tres eorū terminos inter vtrūq; polum determinantes
hoc ordine disponunt. Ex omnib;. 1022. stellis. 360. a via solis ad boream
sumpte figure. 21. constituunt. E quibus primo loco due sunt artas mediusq;
draco tercius: quartus flāmiger quem zephheum dicunt quez arabes dñm
solis: quinta castiope: sexta corona: septimus hercules cum pelle leonis 2
claua quam formam greci eugonasin dicūt: arabes elgecial e rultbachai. i.
genu flexum: octauus ledens olor qui 2 vultur cadens: nona gallina: deci-
mus quem arabes pastorem vocant artofilax seu boetes: vndecimus per-
seus almirazagul. i. deferens caput gorgotus: duodecimus auriga qui et
ophuultus: tredecim⁹ auguiterneus: decimusquart⁹ ipse angwis: quindecim⁹
orsercalim: sedecim⁹ agla qui 2 vultur volans: decimusseptim⁹ delfin: deci-
musoctau⁹ primus equus: decimusnonus scds equ⁹: vigesim⁹ andromena:
vigesimusprimus trigonus quem greci deltō vocant. his ordinatꝫ ipsa via
☉ circa medium litem infra geminos terminales circulos. 346. stelle cir-
cunducte. 12. signa pducunt ♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍ ♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓ (his vij s ☉
per mediū sectis: tum hinc ad austrū relique. 316. segregate. 15. figura s p-
ficiunt: quarū prim⁹ est magn⁹ cer⁹: scds gladio succinct⁹ orion: tercius nil⁹
eridanij flui⁹ cui cauda q̄si cauda pisci: q̄rt⁹ lep⁹: q̄ntus maior canis: sext⁹
minor canis: septim⁹ argos nauis: octau⁹ ara. 9. crater libri patris: decimus

apollineus coruus. 11. chiron centhaurus. 12. ydra. 13. thuribulum. 14. australe sextum. 15. piscis australis. Noim itaq; rationem formarum que effigies et fabulas ut Albumasar arato: sic nos et arato et ignio relinquitur a quibus etiam quod stelle singulas componant imagines exquiratur. ¶ Apud nos non tantopere necessarium qui celestis potentie ducatus per inferioris mundi accidentia siderumque non causas comenticias verum effectus necessarios insequimur: presertim cum imaginatio potius quam res ipsa celum huiusmodi formis impingat: illud tamen pretermittendum non est quod in sequentibus dicturi sumus quoniam de signorum proprietatibus tractabimus: quid harum imaginum in singulis signorum decanis oriatur: unde que earum stelle quos signorum gradus occupent per astrolabium inueniuntur naturis et effectibus earum alias tractandis.

Capitulum secundum. Quare. 12. signa in zodiaco pre ceteris ducatum obtineant

His admodum hunc ordinatis consequens est ut qua ratione ex omni celo. 12. signa rerum ducatus pre ceteris obtineant exponamus. Quamquam etenim ut dictum est. 48. imagines omne celum perficiant 12. tamen que celi terreque medium ambiunt contractis aliarum viribus ad se iure ceteris potentia presterunt. Sunt enim qui dubitant quod ratio inter omnes alias harum. 12. potentiam tanquam nihil agentibus ceteris presterunt quibus ita sufficienter respondere opinor quod nemo huius artis auctorum vel ceterarum ullam. Omnis in mundo officij prosumus immunem vel autumat vel asserit: sed has. 12. vniuersales communesque rerum ducatus obtinere cetera in singularibus quibusdam et priuatis rerum proprietatibus acilines quod pluribus diuersisque rationibus constat. ¶ Primo quidem loco quoniam circulus signifer mundum ambiens cotidiana reuersione centrum eius. id est terre globum medium circuit que circuitum indies rerum generationes et corruptiones consequi videmus ceteris imaginibus in vtralibet partem ab hoc mundo semotis vel iure. 12. obtinere videntur ceteris iuxta circuitus sui modum non prosumus immunibus in singularibus tamen: nam illis vniuersalis rerum cura concessit. Est enim vltimum quidem ut in communibus generum specierumque accidentibus. Singulare vero ut in singulorum indiuiduorum proprietatibus. ¶ Secundo loco quoniam sol ortus et occasus rerum accidentia sequuntur. sol autem iter per hec. 12. tantum via sol principatum ceterarum celi partium viribus eodem scripto commendarunt. ¶ Tercio quidem sol circulum hunc pambulantez anni circulus pagitur. Per anni vero tempora rerum generationes et corruptiones ceterisque motus perpetuo continuantur ut per singula etiam signa sol gressus seu status mundi accidentium causas alternet. ¶ Quarto quoniam et ceteraque vage eandem sol viam sequentes nec preter latitudines alias diuertentes per singula item signa temporum alterationibus rerumque accitibus non nihil adiungunt. ¶ Quinto nullius aliarum imaginum nisi proportionabilis sibi signi: cui quodammodo appendicia est consortio producente ductus apparet

his itaqz de causis hisqz rationibus cū circulus hic ex omni celo generales ducatis principalit' obtinuerit. Primuz equalibus. 12. intersticijs q̄ signa vocam' ceteris nō ita sectis deinde. 360. quos gradus dicim' equis ptibus diuisus est. Succedētibz alijs atqz alijs partiū sub diuisionibz in arte necessarijs. Signum quippe. 30. graduū: gradus. 60. punctoz. Punctus. 60. secundoꝝ. secunda. 60. tercioꝝ. sicqz per quarta quinta sexta vsqz ad decima ⁊ duodecima vel eo amplius quantitates generū alterius detrimētum alteri' augmētū infinitū succrescit. Int' numeros etenī. 12. 30. 60. atqz. 360 facillime quilibet sectiones admittunt. Ut trientē quadrantē quincuntē sextrantē ⁊ deinceps: que stellaris cursu cōputo: p̄ hunc circulū insequēdo necessaria erant.

Laplm̄ terciū Quare he imagines numero. 12. sunt.

Nunc quare nec plēs quā. 12. necessarie nec pauciores ad rep̄ ducātū sufficere videant' exponēdū est. Ad quā p̄io arati accedit auctoritas. Qui cū. 48. celi figuras describeret: int' cetera solis signa. 12. signa discernit. ¶ Preterea vt in phia legit' qm̄ quicquid in hoc mūdo nascitur et occidit ex. 4. elementis cōpositū cōstat trib' intersticijs deductū principio medio fine que tria i ea quatuor ducta. 12. pducūt quibz. 12. ea signa signozqz numeris ducātū p̄bēt. Cū igit' ei numero signoz numerz rīdere cōueniret. 12. fore cōueniebat. Presūt siquidē hec signa. 4. elemētis eozqz trib' intersticijs signa quippe stellaz sūt loca nō sua seorsū suba gnationes rerū ⁊ corruptiones mouētia: sed oriēdo occidēdoqz sup mūdū inferiorē stellasqz discurretes recipiēdo: sic etiā elemēta non p̄ se ipsa resoluunt' rep̄ve gnationes aut corruptiones p̄dūt sed tpoz alterationes elemētoꝝ resolutiōes generatiōnū cause cōsequēti. Sic itaqz circuli signi mūdi. 4. elemētis eozqz trib' intersticijs vt re ⁊ numero cōuenire necesse erat q̄ exponē planius cōstabit: p̄est enim aries igni: taur' terre: gemini aeri: cancer aque: deinde initio repetito leo itē igni: virgo terre: libra aeri: scorpius aque. Itēqz repetito ordine: sagittarius igni: capricorn' terre: aquarius aeri: pisces aque. Primus itaqz signoz ordo elemētoꝝ primū sortit' iusticiū. i. geniture iniciū. Secundus ordo secundū. i. vite mediū. Tercius terciū. Sūt ḡ de signis tria quidē ignea tria terrea: tria aerea: tria aquatica. Preest enī aries calido sicco vegetatio ad vitā ad icremētū atqz nutrimētū aiantū ⁊ germinū apto: leo min' t̄pato maturatiqz rep̄ status. Sagittari' nociuo corrupēti dissoluētiqz animatiū atqz germinatiū cōpagē. Thaurus frigidus sicco geniture amico vt agro fertili germinūqz ⁊ aiantū nutrimētis. Virgo inutili ⁊ inepto vt sunt agri steriles ⁊ id genus. Capricorn' nociuo ⁊ dissolutiuo quale est scenū ⁊ terra grauis. Gemini calido humido t̄pato suam rep̄ geniturā formentisqz adepto: quales sunt odores suaves ⁊ confortatiui. Libra grosso ⁊ turbulēto vt sunt

ventilet vapores pingues. Aquarius graui et corrupto ut vaporibus fetidis grauique aere. Cancer humido frigido temperato dulci nihilominus rex nature et nutritiui idoneo quales sunt humores sustentatiui. Scorpius minus abili quales humores falsi animantium germinumque nature inutiles. Pisces corrupto distemperato et dissoluto ut paludes lacum obscene. Quatuor ergo rex generationibus sunt. 4. medio in generatione et corruptione: 4. corruptione habentque ita singula. 12. suas queque vires et proprietates in diuersis rex accidentibus ex. 4. elementorum tribus insiticijs.

Capitulum quartum De compositione harum imaginum.



Incipit signorum nam tractare conuenit. Mirant enim nonnulli de his qui naturali scie operam dant. Cur in signa naturali ordine inmisso post signum igneum non statim aereum sed terreum succedit: quibus huiusmodi ratio non inepte ridet quam elementa simpla: calor: frigus: siccitas: humor: ipsa quidem corpora non sunt: sed ut omnium corporum sic horum que vulgo elementa dicuntur terre aque aeris ignis substantialis compositionis origo sunt quorum quodque licet ex pluribus illorum congestum sit: singula tamen in singulis exuperant sicut in igne quousque calidus siccus: calor tamen superat: sic in terra quousque frigida sicca siccitas tamen sic in aqua frigus humor in aere preponderat: Sunt igitur elementorum calor et frigus actiua: siccitas et humor passiua: actiuorum autem ut contraria sunt. Calor quidem rex generationem agit: frigus corruptionem. Passiuorum ut ipsa opposita sunt: siccitas tamen magis est actionis receptiua. Cum igitur elementorum huiusmodi virtus sit et modus quare in signorum compositione ab igne sumat initium omnibus rationibus constat. Primo qui de loco quod quoniam calor in igne superat: nec generatio motusue animantium nisi ex calore est vel iure extremitatum primam obtinuerit. Alteram autem aqua in qua frigus preest. ut enim generationem vitamque animale calor administrat sic contrarium et ei frigus genituram corrumpens vite internicies est. Secundo loco quia calor generationis elementum frigus autem corruptionis primaque in rebus generatio: postrema corruptio merito primam extremitatem ignis aqua secundam sortitur. Tercio quoniam omnes animalis vite passionem in principium et finem sunt actiua principii et finis extremitates passiuam medium obtinere debere locum. Quarto quod cum omnis in hoc mundo generationis celestia corpora causa existant: eis autem corporibus in ordine elementorum ignis primus: primum esse debuit elementum caloris: frigoris autem quod contrarium erat ultimum. Cum igitur actiua calor et frigus extrema sint: passiuam siccitatem scilicet et humorem in medio relinqui necesse erat. Quoniam vero ut in igne calor sic in terra siccitas habundet. Post signum igneum statim terreum succedere duabus de causis oportet. Prima est elementorum cognatio. Est enim siccitas caloris cognatione quadam consequens. Secunda est ex utriusque principalitate ut enim in acti-

na calor sit inf passiva siccitas virtute quadā pcellit. Lū igit in signoz ordi-
ne primū locū ignis : quartū aqua possideat post ignē aut secūdo loco ter-
ra succedat aeri terciū relinqui necesse est: his ergo de causis insignoz com-
positiōe primū est igneū: secundū terreū: terciū aereū: quartū aquaticum vñ
de est q arietem calidum siccum. Thaurum frigidum siccum. Geminos ca-
lidum humidū. Cancrū frigidū humidū. dicimus atq; adhūc modū per or-
dinem.

Capitulum quintum. Quare ab ariete inchoent.



Inde quare signoz ordo ab ariete incipiat insinuandus est
in qua pte eis rñdet qui quoniā circulus nec principiū habet
nec finē nō magis ab ariete q; vñdūlibet inchoādū putāt. Pa-
mū igit exponem⁹ necessariū quidē aliqđ circuli principiū fuis-
se deinde id ipm p ceteris. Lū enī elemēta simpla corpoz om-
niū principia sint cōposita partim generationē ptim corruptionē agūt. Ge-
rationū aut z corruptionū spacia diuersa ex diuersis anni tpibus metimur.
Quapropt ad tēpoz cōtinuationē metiēdā que solis iter sequit a certo ali-
quo circuli loco ichoare necesse erat. Apti⁹ aut a nullo alio q; a quo tpis fit
iniciū elemēta generationū mouēt. Vtrūq; siquidē actiuoz vtrilibet pas-
siuoz pmixtū: generationē agit aut corruptionē: vt calor cū humore natu-
re cōpaginē motū vitalē: generationē z incrementū. Idē cū sicco nature so-
lutionē viteq; corruptionē z interniciē. Itē frigus cū humore nature cōsen-
taneū cū sicco inimicū que oīa nō sine legitima tēpoz vicissitudine cōtinuāt
A solis eteniz in primū arietis punctū introitu. Tēpus ex calido z humido
tempat ad omnē geniturā aptū inchoās psequētia tria signa arietis thauri
geminor cōtinuāt vt diei incrementō terminato: sole ad principiū cancri mi-
grante ex aerea temperie in igneā calidi z ficci naturā tpis fit alteratio pri-
miq; quadrātis incrementō diei: decrementū eq̄litate per ordinē rependens
vsq; ad finē virginis succedit. Qua equinoctio transacto sole in libram trā-
scunte frigidū z siccum tēpus succedens noctis incrementum vsq; ad finē
sagittarij pducit. Vnde in capricornū descendente sole frigidum z humidū
tempus consequēs hinc augmento hinc decremento diei noctis vicissitudi-
nem ad equalitatem redactis in fine piscium equinoctium celebrat. Emer-
sis itaq; sexaginta gradibus in tricentis .65. diebus ac quadrante minus
360. parte diei vt visum est ptholomeo annum peragit quem solarem dixi-
mus duodecim mensium iuxta. 12. circuli signa. Nam z ad circuli cogna-
tionem quadripartita est. Est enim ver aerēe qualitatē calidum humidum
genituras pducēs. nutrimenta p̄stans. Estas ignee nature calida sicca geni-
ture minus apta rerum statum ad corruptionē inclinans. Autūpn⁹ frigid⁹
z siccus geniture inimicus. Hyems aquatica vernaliū partium fomentum

suntque singulis tria interualla: principium: medium: finis : p singula circuli
signa deducta. Ex signis siquidem in quibus temporis alteratio fit initium
sumit. Ex secundis medium: ex tertijs finis: ergo necesse erat circulum certum
habere principium idque preteris quia caput esset temporis generationum momen-
ta mouentis.

Capitulum sextum De tropicis firmis et bipartitis.



Consequens est ut signa unde tempus inualla distinguunt certis
notis atque proprietatibus discernamus. Cum enim quatuor circuli qua-
drantibus .4. anni quadrantes ordine reddunt utque circuli quadrantes
trinis signis sic anni quadrantes trinis inuallis numerant singu-
la singulis reddere necessario videntur: sit enim tempus initium cum sol prin-
cipium quadrantis ingreditur. Quapropter id signum tropicum vocat se-
quens vero quo eiusdem tempus status firmat firmum: tertium bipartitum cuius prior medie-
tas eius tempus est. Secunda ad sequentis qualitate vergens. Sunt igitur aries ca-
ncer libra capricornus tropica. Taurus leo scorpius aquarius firma. Gemi-
ni virgo sagittarius pisces bipartita.

Capitulum septimum De quadrantibus circulique mobilium et firmorum et bipartitorum.



Lucius hermetis scilicet post abidemon de circuli quadrantibus
Signorum formis numero initio nature trigonis. Cuius ipsius
verba ad integritatem in medio adducimus. Quoniam scimus in-
quit vniuersalem partitionem particulari antiquiore rebus prin-
cipium accedens et crescens. Finem autem recedens et decrescens
res postulabat. Signorum primo numerum definire: deinde
naturas tractare quod ne sine ratione fieret: certum omnium principium ante
omnia necessarium erat. Primum igitur omnem circulum equi distantibus qua-
tuor punctis equaliter interfignamus. Quo facto prima occurrunt equino-
ctialia duo quorum altero in fine piscium transacto cum sol in primum arie-
tis gradum descendit: ascendens in circulo incrementum diei perfert altero in fi-
ne virginis sol ad libram transiens descendit noctis incrementum perferens. Quo-
niam ergo solis ascensum lucisque augmentum rebus accessus atque incrementa de-
scensus aut recessus et decrementa sequi videmus ab ariete circuli principium
instituiamus. Consequentem autem circulum per quatuor designata puncta tem-
pora anni .4. distinguimus per singula vero tempora tantum luminum coitus
terne forme: terneque vicissitudines opposite diuersitatis id autem est diei mu-
tatio: digressionis alternatio: temporis alteratio: diei quidem mutatio: ab in-
cremento ad decrementum et e contrario digressionis alternatio ab ascensu ad descen-
sum et e contrario tempus alteratio a principio ad medium: a medio ad finem. Itaque
forma in qua cum sol intrat tempus in aliam qualitate conuertit tropica vocat. In
qua vero eiusdem status firmat: firma. Nam bipartita est prior medietas eius tempus
sequens sequentis. Quoniam itaque singulos quadrantes .4. terne forme

ter neq; vicissitudines numerat ex .4. ternis. 12. cōfici necesse erat. ¶ Determi-
natio igit signoz numero tū demū naturā tractare cōsequēs est. Q; vt ordi-
ne fiat cōuertimur ad quadratiū circuli rōnē. Quoz quoniā primus calid⁹
humidus: secūds calidus siccus: terci⁹ frigidus siccus: quartus frigid⁹ hu-
midus. In medijs secūdi in. 15. leonis gradu fortissim⁹ calor maxia siccitas
sentit. Dephēsus est igit leo calidissim⁹ oīuz ⁊ siccissimus cuius naturā arie-
tē ⁊ sagittariū idē trigonus socia cognationē astrigebat: nihil aut calidi⁹
⁊ siccus igne. Sūt igit aries leo sagittarius ignea. Quoniā vō vt tēpoz. 4.
primū calidū ⁊ humidū: postremū frigidū humidus est. primus trigonus l;
igneus sit: postremū. i. cancri scorpionis piscium trigonū aquaticā obtinere
naturā cōueniēs erat. Ad hunc modū ariete ⁊ cancro eozq; trigonis ppe-
ctis: ad thauri ⁊ geminoz naturā tractandā transimus. Quoniā ergo nihil
calidū idēq; frigidū nec duo eiusdē nature contigua eē possibile est. thaur⁹
eiusq; trigonū frigidū siccū esse cōsequēs erat. Quib⁹ ita dispartitis quartū:
quarto relinqui necesse est. Sunt aut nōnulli de huiusmodi artis studio q
arietē calidum humidū potius fore debere ex huiusmodi rōcinatione assu-
mūt. Lū enī postremū anni tēpus frigidū humidū sit postremū quoq; diei
quadratis necessitate cōsequi videt⁹ primi tempus anni cui⁹ caput⁹ est aries
primiq; quadrantis diei rōnē potius calidū humidū fore totius circuli ca-
put. Contra quos duobus ex locis argumentamur. Primo quoniā ordo
cōpositionis signoz si a primo anni tpe inciperet ⁊ a primo diei quadrante
id quidē ita cōueniret. Nos autē nō huic sed a medio secundi tēporis atq;
a medio die omnibus climatibus. Idē est quoq; p oīuz signoz motus idē
fideree nate ordo est inchoam⁹ a die nāq; incipiendū erat qui rex oīm mor⁹
agitat. Scdo q; cū in vere humor exuperet si in ariete calozē min⁹ abūdare
viderem⁹ id itaq; cēdi posset. Q; cū aliū sit q̄ dicta sunt inuicta relinquunt⁹.

Laplm octauū. De signis masculinis ⁊ femininis.



Is itaq; ptractatis: deinde signa masculina ⁊ feminina distigūē
da. Lū enī quicqd in hoc mūdo sit maris ⁊ femine coitu conce-
ptū nascit⁹ omniū vō generationū signoz virtus principū ⁊ causa
existat necesse erat inter signa tāq; sexū huiusmodi diuersitatez
distinguerē. At vō quoniā actio masculī est: passio vō femine: atq; inter ele-
menta supiora duo ignis et aer actiua. inferiora vō duo passiua sunt: ignea
atq; aerea signa masculina: terrea vō ⁊ aquatica feminea fore cōueniebat.
hac itaq; rōne aries masculinū: taurus femineū: sicq; gemini masculinū can-
cer femineū est: atq; ad hunc modū p ordinē. Sunt vō nōnulli qui discretio-
nē inter oriētia adhibent: vt oriens masculinū: secūdū femininū: terciū item
masculinū ac quartū femineū dicāt sicq; deinceps. Nos vō quoniam sexus
discretio in rex natura nō accidētalis est eam non p accidētale signoz mo-
tum sed per naturalē ordinē deducimus.



Ultremo est signorum inter diem ac noctem discretio cum enim signorum ordo quotidiana conuersione mundum ambiens diei noctisque vicissitudines alternet: dies quoque calide nox vero frigide sit nature: dies quoque precedat nox sequatur: semper nullo medio vicissum continuo sese comitent arietem diurnum: thaurum nocturnum: geminos item diurnum: cancrum nocturnum esse ratio postulat sicque deinceps per ordinem. Sunt autem qui signa quatuor arietem cancrum leonem sagittarium diurna quatuor his opposita nocturna quatuor reliqua indifferenter putant. id est die diurna nocte nocturna. Qui quoniam quedam masculina diurna quedam feminea nocturna atque id ipsum sine omnium ponunt ratione nec responsione dignum videntur.

Liber tercius nouem habet capitula.



Primum quare septem stelle communes rerum ducatus preceteris optineant simulque desingularum effectum in quatuor elementis.

Secundum de terminis astrologie atque astrologi. Tercium de proprietate ducatus solis in temperie aerea et nature compositione ac stellarum cum solis participatione. Quartum de proprietate ducatus lune in marium accessum et recessum. Quintum de causa accessus et recessus. Sextum de augmento et decremento aquarum. Septimum accessum et recessum maris lune potentia: non maris nature: quatuor ex locis confirmans. Octauum de ducatu lune in maribus et forma eorum que accedunt et recedunt et eorum que non necessarii effectus solis in mari. Nonum de ducatu lune in animalibus et generibus et metallis augmento atque decremento.

Capitulum primum De stellis fixis et planetis.



Ex omni fidei numero. id est signa communes rerum ducatus preceteris obtinere demonstratum est sic quia de causa ex omni stellarum multitudine septem planetas generales rerum ducatus preceteris forciant exponendum videtur. Sunt enim qui mirantur cum tanta nature et affectus cognatione ceteris his septem communicent: mouent etenim de signis ad signa oriuntur et occidunt

super mundum inferiorem. Orietales etiam fiunt et occidentales variarum etiam hee complexionum. Quia tamen nihil agentibus ceteris has septem in rerum ducatu preferat. Cuius antiquae auctoritatis vniuersa de stellarum effectuum ratio ita plane respondet. Cum enim quicquid in hoc mundo nascitur et occidit signorum stellarumque motum tanquam efficientem causam sequatur. Signorum autem ordo ut in secundo libro approbatum est elementorum nature prestat stellas per ea signa dispositas eisque elementa generant preesse: consequens esse erat excepto quod interest quoniam hee septem cum per ea signa celerius varioque discurrentes crebrius

eant atq; redeant ad rex. motus et effectus promptiores erant. Unde his
 q; generalis rerum ducatus concessit illis pro modo suo priuati rexi offi-
 cij nequaquam immunibus q; huic etiam constabat q; ipsarum discurreretur quanto
 quolibet velociori motu et vario distrahitur tanto pluris in rexi effectui officij
 repit. Unde est q; luna omnium citissima inter omnes rexi effectibus frequenter sata
 git. Nam stelle firme ad priuatas stabilesq; vel tardas singularem rerum pro-
 prietates ducunt. Deinde q; cum celestis circulus cum omnibus stellis mundus
 hunc perpetuo circuitu ambiat de quibus stelle stabiles per eundem circuitum eo-
 dem fere motu tardas ad eam a terre globo distantia ferunt. septem vero multe
 diuersitatis multe velociores suo quoque circulo suoque motu diuerso quale
 est iter rectum: nunc statio: nunc retrogradatio: ascensus. descensus. augmentum: cur-
 sus et decrementum atq; ut nunc planetarum huiusmodi cursus desistit: sic nunc mun-
 dus a generatione et corruptione rexi alteratione cessat. Intellectum est tan-
 tam mundi accidentium varietatem tante planetarum motuum diuersificationi: merito
 magis appenditina ut non iniuste communem rexi ducatum priuilegio quodam ob-
 tinere videantur discreta singulorum ut sibi cum naturali elemento appropriata.
 Sol enim et mars ignee nature accliuus: saturnus et mercurius terre: iupiter et ca-
 put aeree: venus et luna atq; cauda aquatice. Est autem et in ipsos coplices quodam
 discretio: quous enim sol et mars ambo calidi et sicci solis tamen calor vitalis mar-
 tis corruptiuus. Sic frigus et siccitas mercurij natura consentanea: saturni ini-
 mica: iouis quoque tempies nature fomētum capitis complexa non satis amica:
 venus etiam et luna geniture accommodata: cauda minus apta.

Capitulum secundum De terminis astrologie atq; astrologi.



Ita itaque positus cum huiusmodi celestium virium scie infinita fere mate-
 ria videatur et arte determinare et artificii suos prescribere terminos
 conuenit ut ex utroque utriusque finis facilius atq; certi intelligatur.
 Quod ut ratione fiat ipsa primum etiam nominibus discernamus huiusmodi namque
 scie astrologie doctum aut astrologi nomen adornat. Est igitur
 astrologia scia virium stellaris motus ad tempus definitum atq; ad con-
 sequendum illud. Est enim scia generis astrologie cetera differre ei ab alijs ei gene-
 ris speciebus. namque stellaris motus vires commemoramus contra eos est quod nullius
 rei extra se ducatum aliquem concedunt ut vulgura et tonitruus signa quidem pluuie
 non tamen ipsa pluuie sunt. Sumus ignis non ipse ignis est sicque huiusmodi. Ad
 hunc itaque modum stellarum motus ad rexi effectus longe a se distantiis ducunt.
 Ideo vero ad definitum tempus atq; consequens illud dicimus quoniam callidus astrologus
 in primis rexi prout in suo tempore spectat. Deinde rexi finem metitur. Astrologus
 autem cum fidere potest viriumque stellarium sapiens demonstrat. Cum fidere stella-
 rumque motus singulos omnium huius mundi accidentium ducatus prebeant: hu-
 manum tamen ingenium et studium haut ad omnem singulorum integritatem consequen-
 das sufficiat stellarum ducatus tribus terminis discernamus. Primo quidem sunt res

siue actus in sidereo ducatu adeo subtiles et p[ro]funde q[uod] nec ipsos stellarum ducatus cōsequi nec quo d[uc]at puenire humana facultas sufficiat. Secundo sidereos ducatus vsq[ue] ad rez ipsam quidē cōsequimur sed ante quātitatē emensaz et qualitates dep[re]hensas deficim[us]. Tercio sunt res et act[us] quos et ipsos et quantitates atq[ue] qualitates eor[um] celesti ducatu cōsequimur. Itaq[ue] p[er] anni termini vt integra o[mn]iū specierū sub cūctis generib[us] o[mn]iq[ue] indiuiduorū sub quacūq[ue] diuisio vt arene maris numerus calculor[um]ve ruris vt quotidiāni momētaneive mensura incremēt[us] siue decemēt[us] singulor[um] corpor[um] vt omniū motuū atq[ue] accidētū differētia p[er] singula indiuidua que cū eiusde[us] generis vnus etiā speciei sint singula trib[us] tū intersticijs differūt vt cū duo vel plura indiuidua albedinū vel nigredinū longitudine seu breuitate vultu fimo v[el] aliquo oculor[um] colore et figura oris amplitudine aut angustia anhelitus odore animi corp[or]isve sanitate vel asperitate h[uius] filibus inimicor[um] quor[um] neq[ue] generalis aliqua neq[ue] specialis habet differentia. Singulis igit[ur] omniū interuallis licet sidera ducatu p[re]beant nō tamē o[mn]ia cōsequi humane facultatis est. ¶ Secūdi termini defect[us] est vt numerus inter populos duarū pluriūve ciuitatū licet vtraq[ue] pars a maiori sit ex stellarū ducatu certū habeamus vt numerus granor[um] frumētū p[er] agrū determinatū vt desertor[um] longitudinis atq[ue] latitudinis insulā. In his igit[ur] h[uius] filibus licet rōnē stellarū ducatus habeamus ad quātitatē eor[um] et qualitates non tamē facultas nostra ad eas cōsequēdas sufficit que o[mn]ia q[uod] nature humane possibilitatis est neq[ue] vsus humani nec astrologi necessaria sunt. ¶ Tercij termini facultas est cert[us] sidere[us] ducatus ad genera et species humane inuētionis ad anni tēpor[um] alterationes ad motus elemēt[um] mūdi et resolutiones rezq[ue] generationes et corruptiones quantitates et qualitates vsus humani multeq[ue] similitudinis. ¶ Vt breue faciā dico stellarū siderumq[ue] diuersos motus et vires ad singula quidem rez omniū accidētia duce[re]. Vterū huiusmōdi ducatus pars constās in reb[us] humani intellectus p[er] excedens in rebus adeo subtilibus et p[ro]fundi q[uod] ad impossibilitatē humani secedāt. Que quoniam hominē effugerūt nec indago eor[um] astrologo necessaria ē. Vterbi grā solis p[er] circuli quadrātes itus atq[ue] reditus diuersa reducere t[em]p[or]a varijs elemēta motib[us] efficere constās sed et per signa gradusve singulos solares gressus vsitatos tēporū motus cōsequi certū est. Alieniū aut[em] ab hoib[us] intellectu vt quide[us] solis motū seu p[ro]p[ri]ū seu circularē p[er] secūda v[er]ā aut terciā aut decimā faciat tēpor[um] aut elemēt[um] varietates aut aīaliū seu germinū affectus cōsequi sicq[ue] de ceteris stellis. ¶ Determinatis itaq[ue] tam artis natura q[uam] artificis officijs demū .s. o[mn]is hui[us] artificij circūstācie disponēde sunt. Artis videl[icet] initiū radix: rami: argumētū: fruct[us]: finis. Est igit[ur] artis iniciū studiū sciētie rez p[ro]uētus: radix celestiu[m] motuū scia. Rami ex celestiu[m] corpor[um] motib[us] rez iminētū motus iudicia. Argumētū iudicio[rum] vsitatus effect[us]. Fructus rez cōsequētū p[ro]uidētia. Finis h[uius]mōdi p[ro]uidētie vtilitas.



Capitulum tercium. De proprietate ducatus solis in temperie aerea
et nature compositione: ac stellarum cum solis participatione.

Nunc a sole incipientes proprietates eius nature temperie et compositione stellarum quoque participatione cum ☉ tractabimur. In qua parte primum eis respondendum videtur: qui nature temperiez rerumque compositionez solari stellarumque virtuti negantes propria quadam sube sue vi coalescere putant. Nec minus et his qui ex causis quidem extrinsecis rerum compositionem mutuant: verumtamen solis viribus stellarum negant. Primum igitur illis occurrit quod nihil compositum sine componente compositum est. Impossibile vero aliquid a seipso componere. Si enim id ita esset non elementorum aliquid in aliud resolveretur sed in se quodque immutatum semper maneret. Videmus autem ea ininvicem resolveri: in rebus siquidem compositis reperimus. nec enim quicquam seipsum resolvit. Item si res non aliunde mote seipsas generarent: conveniret nempe ut ex quo res queque nata esset deinde

finiturā. Nihil enī est qđ p̄prie nāte 3rium seipm destruat. qđ cum absurdū
sit patet gñationis atq; corruptiōis rerū alias extra se causas existere rerū
nāte capaci assentaneos. Deinde dicā quidē cōsequens esse qđ ☉ stellas cum
☉ naturarū temperiei rerūq; cōpositioni factor oīm deus tanq̄ efficientes
causas p̄stiterit. Ut enī ignis p̄pria virtute vrit causa exustiōis est: sic diuinū
lumen ☉ lucis et caloris v̄lis auctor nāalis rerū cōpositionis diuinit̄ data
virtute efficiens causa existit: qđ effect⁹ ipse pbat. loca nanq; terrarū quib⁹
☉ plus equo vel accedit vel elongat̄ oīno tam aiantium q̄ germinū sterilia
manent verbi gr̄a: loca terrarū ab estiuo ☉ tropico in septentrionē .66. gra
dibus distātia cui numero toti ☉ digressionē. i. gradib⁹ fere .24. abiect⁹ .90
fiunt: hec inquā loca longinq̄ ☉ digressionē ppetuo gelu cōcerta: omne tam
germinū q̄ aiantium alimentū negant. Ex quo nanq; ☉ in australia signa
descēderit per sex integros menses: ex loca eius ortu carent: vnde tot⁹ aqui
lenū virib⁹ exposita: tam estate q̄ hyeme insolubilia rigent. qđ et armenicū
mare firmat: qđ a ☉ tropico gradibus .21. remotū: adeo quidem est ventis
validis feruidū aurarūq; obscuritate cecū qđ nec nauī vnq; patiat̄ qđ quāq;
multo p̄pinquius: brunnalis tñ error intractabile reddit. i. boreales armenie
termini testant̄. Qui q̄diu ☉ australia signa graditur in vnū mole obruti p
integros sex mēses non apparēt: vt infra eos sex menses et multa eorū aīalia
frigore intollerabili pereāt: et pleraq; volatilia in nidis suis per integros q̄
tuor menses frigoris metu a medio mundi cōclusa maneant: quanq; ab eq̄
bili linea non multo plus. 15. gradib⁹ distant: aut sec⁹ et sup mare a princi
pio M vsq; ad caput X absentia ☉ succedente frigoris flatu nauigiū negant
atq; idem qđ ad boreā atq; austrū vero infra .20. ad equabilez lineā vicine
☉ vie intollerabili estu locis ciro exustis nec aīalium nec germinū alimēta
relinquē. A quinto siquidē 17 gradu vsq; ad oppositū in X solaris super
ea loca gressus continuo thauroz est cuncta sub terra feruent vt siccitate
steriles: harene inter quas nilus occultat̄: vt ethiopicū mare nec nauigium
patiens: nec aīalium ferat vicino desup ☉ ortu subtiliores eius aque partes
nāali tinctu hariente. Ut quidē reliquit cōcepto valido calor adeo densum
atq; amarū vt effectū atq; intractabile maneat: vnde media inter ☉ access⁹
atq; recessus nāte cōpositis et alimentis tēperies apta relinquat̄. ¶ Ex his
itaq; patet qđ si ☉ vsq; ad nonam speraz sublimat⁹ esset vel vsq; ad lunarem
orbem humiliatus vel inde frigore vel hinc calore nimio mundū stare non
posse. Quāobrem prouidus auctor oīm deus: ☉ tanq; v̄lem corporee vite
vomitē in media mundi regione mediū posuit. Inuenit aut et in ipsa habi
tabili bona terrarū loca put accedunt ad ☉ et recedunt multa dissimilitudine
variata vt fate vel pte. quo a solarū circuitu ceteris remotiores sunt multa
niue validoq; frigore in ea terre pte supantur: qđ humidū multū vult carnē
frigus aut albedinez habitudine carnosā calor albedinis capillis prolatus

anio inimici ingenio obtuso ceteris differunt. Ethiopes aut siue mauri qui
 eas terrarum partes habitant super quas fertur ☉ in ♋ 7 ♌ nimio calore 7
 siccitate in natura eorum superante colore nigro capillis crispis habitudine tenui
 memoria debili animo leui ceteris distant. Medij vero ut quarti 7 quinti cli-
 matis 7 cōtigue hic in diuinationes ut que mediocri accessu ☉ atque recessu
 fruuntur natura temperata: habitudine apta: pulcro colore: mobili animo: subtili
 ingenio: sana memoria ceteris prestant. Quis in his proprietatibus generaliter
 communicasset. Sunt autem 7 inter ipsas pro locorum diuersitate speciales
 quedam differentie usque adeo quo a singulis etiam ciuitatibus 7 puincijs licet
 propinquis 7 contiguis non nihil tam informis hominum quam moribus 7 habitu atque
 usu diuersitatis intersit tam pro ☉ accessu 7 recessu quam pro stellarum stabilium
 natura 7 habitudine super eos orientium. Quod autem he ipse proprietates singulis
 annis inter augmenta 7 decrementa ceterasque alteritates variantur cum hic
 nec a ☉ quidem nec a stellis ullis esset, proprio motu speciali intuitu compertum
 est huiusmodi variari non ☉ nunc cum errantibus nunc cum stabilibus uentur
 ipsasque iniunctas permutationes causas existere: unde intellectum est ☉ stellas in
 rerum natura 7 componere: generumque 7 specierum diuisione communicare: nisi
 quidem principaliter ☉ rerum nature aiantium et vite germinum metallorumque
 generationibus preest. Stelle vero magis singularum prouinciarum prauatis
 moribus atque tenore comunicant: temperant uero aerea: nam aeris illuminatio
 luminum est quorum ortum accedendo: occasus recedendo sequitur. Ut uero ☉
 aereus calefacit purgat attenuat: sic pro modo suo ☽ 7 stelle: unde Ypocras
 in libro climatum. Nisi ☽ et stelle inquit nocturnam densitatem attenuarent
 elementa impenetrabilis aeris pinguedine corpus omnium uitam corrumpent.
 His itaque de causis cum ☉ uelis rerum omnium necessitatibus solus sufficeret
 requirere: associauit creator deus stellas ministras officio solari secundaria
 uirtute comunicantes. Quoniam igitur ☉ per .12. signa gressus tempus alterationis
 causa est: tempus autem alteratio elementarie resolutionis elementaris: demum
 resolutio generationum omnium 7 corruptionum eundem solaris per ea signa gressum
 omnium causam esse consequens est: que certis temporibus discreta ☉ motum committantur.
 Alia quidem annis alia mensuris alia diurnis: ut in uere gramina herbe et
 arborum folia atque pleraque animalia: in estate frumenti grana 7 arborum fructus:
 in autumno uernalium: in hyeme estiuorum generationum corruptio que cum
 discretis temporibus continetur: discreta etiam ☉ loca consequuntur. Quod ergo non
 omnibus annis omnia eadem qualitate 7 quantitate succedunt cum ☉ singulis annis per
 eadem loca redeat stellarum cum ☉ participatio causa est. Si enim solus per se cuncta
 ministraret: nec hyemis hyemi: nec estas estati unquam dissilis foret. Que uero
 cotidiano successu per mundum administrantur ut cottidiani hominum et animalium
 conceptus partus incrementa magis sibi uilem totius mundi superioris ambitum
 alligant sibi hunc inferiorem naturali motu agitantis consequuntur.



Capitulū quartū. De pprietate ducatus lune in mariū accessu et recessu.

Dist aerēā solaris effectus temperiē cōsequens est lunaris in aquarū motū mariūq; alterius accessib⁹ atq; recessib⁹ ducat⁹ ut apud phos cōstat lumina duo q̄tuor elementorū ordinem ita partiunt^r: ut ☉ ignē et aerē: ☾ terrā et aquā ducat. Duabus enim de causis et fortior et manifestior in hoc mundo luminū q̄ stellarū ducat⁹ est. Prima quidē ☉. ☉ quidē oīm stellarū maxim⁹. ☾ vtrō celestiu⁹ oīm terre⁹q; minima. Scōa q̄ stellis quidē lumen inest non ut radij effectusq; earū in motu magis. Luminibus aut radij non parū in hoc mundo effi. aces que motu suo mundi supioris vires collectas inferiori mōdo per radios transmittūt: nā et ypocras celestiu⁹ atq; inferioris mundi corpm mediatricē ☾ illo⁹ vires hīs mediando transferre asserit Ut ergo ☉ in natē ēperie rerūq; cōpositione p̄ualere: sic ☾ in aquarū motibus corpmq; statu et accidentibus germinib⁹ fructibus odorib⁹ idq; genus vis efficacior: quorū enumerationē ab alterius mariū accessib⁹ atq; recessibus

exordimur: quorū vt diuersa sint augmēta ⁊ decremēta ita diuersas diuersarū nationib⁹ opiniones generant. Sunt enim qui a separatione luminū vsq; ad oppositionē accessū asserunt: hinc vsq; ad conuentū recessū. Oib⁹ vero certū singul⁹ etiam dieb⁹ ab ortu ⁊ maris cui oritur accessū eam vsq; ad medium eius regionis celū indeq; recessū vsq; ad occasum eius sequi. Cuius indox p̄sarumq; mari qua versus ethiopiaꝝ accedit necnon in emisperijs oceani insul⁹ cottidianis vsus. Alīna vero accessū recessū continuo succedentium spacia h⁹ modi sunt. Cuius nāq; maris bihonti ⁊ primū emergit eius statū accessus incipiens eam vsq; ad celi cardinez crescendo segtur quā lineā vbi transcendit ad occasum vergens recessus succedens: eā q̄ad occūbat decre scendo comitat⁹: vel cū occasum statū accessus iter incipiens vsq; ad cardinē terre crescit: a quo recedente ⁊ recessus itez vsq; ad orientē succedit. Siunt itaq; singul⁹ dieb⁹ gemini accessus geminiq; recessus t̄pibus p̄out diurn⁹ ⁊ cursus varietas per diuersas marium ptes diuersis lunaris ambitus cardi nibus subiectas. Cum enim vt terrā globosam maris fumosus orbis circū fusus ambit: sic lunares ambit⁹ cottidiani. i. ⁊ circueant: semp ⁊ aliquib⁹ tam mariū q̄ terrarū partib⁹ in aliquo cardine est alijsq; p̄ter in alio vt ead̄ hora vnoquoq; momento his in oriente illis in occasum alijs in celi sūmo alijs sit in cardine terre: vnde etiā eodē p̄ter momento alijs accessū maris alijs recessū esse cōsequens est: non tñ oib⁹ vno modo: illis etiā qui mediū equoris pelag⁹ interim nauigio sulcant accessus iniciū vno quodaz vndarū feruore sentitur: qui fundit⁹ ebuliens valido aurarū impulsu p̄cellosas flat⁹ agitans omne pelag⁹ cōtristat: cuius relaxatione recessum sentiunt. Multo aliter hi qui litora interim habitant. Nec enim h⁹ modi flat⁹ aut feruor sed aquarū tñ tumor ⁊ erundatio quedā vsq; ad eos puenit: tātaq; est inter ea loca horū motuū diuersitas vt nec ⁊ h⁹ modi causam motuū esse existiment nonnulli. Nec enim incipit accessus nisi in loco p̄fundo ⁊ amplo multas ac densas aquas cōtinenti fundi asperi ⁊ montuosi atq; lunari vīe propinquo. Vnde cum sup se orientis ⁊ in naturali cōtatu reperiunt⁹ cōtiguas primum impellit aquas: existq; paulatī aquarū impulsus quousq; extremis littorib⁹ inundet: quo incipientis momento statim peruenire impossibile erat.

Capitulum quintum. De causa accessus ⁊ recessus.

Habitis causas accessū atq; recessū scrutari conuenit. Dicim⁹ igitur qd nūq; h⁹ modi accessus ⁊ recessus nisi trium rerū conuentu gignitur loci videlicet nāa aquarū habitudine motu ⁊. Loci nāa est vt aquarū locus p̄fundus long⁹ ⁊ lat⁹ vix t̄pis impendio transfretand⁹ montuosus asp̄ et dur⁹ qua leui quolibet motu acris rep̄cisse multe vnde tumidos fluct⁹ cōcipiant. Aquarū habitudo est tantas in h⁹ modi loco longo ex temperie aquas esse cōfusas vt nec in fluxu fluminū nec ex collatiōe fontū augeri ve

minui sentiat. Que quanto tpe condensate salebre calefacte densos vapores
agitant qui terre vaporib⁹ pmixti aglandis vndis aspirent. Motus aut⁹ D
desup orientis atq⁹ occident⁹ sepius repetit⁹ cognata virtute eiusmodi aq⁹
trahit: qm⁹ tractum sponte sequens quousq⁹ illa accedit: accedunt vsq⁹ adeo
quoad diffus⁹ eferuentes loco suo minus contempe extremis inundent lit-
toribus. Nec eni ante locus tener mollis plan⁹ ppter aquaru discursus: nec
aq⁹ discurrentes vt flumina z amnes ppter subtilitate min⁹ densis vaporib⁹
aptant h⁹ modi conueniunt officio. Causa vero ab occasu vsq⁹ ad tre cardine
sicut ab oriente ad sumum. i. cardinez D accessus sequat⁹ triplex. Primo q⁹
orientis z occidentis linee eq⁹ distantes sunt quantumcunq⁹ ab ortu ad sumu
sumitur tm⁹ ab occidente ad terre cardinem illi eque distans est: sicq⁹ totus
oriental⁹ quadrans toti cedit orientali eq⁹ distat: estq⁹ vterq⁹ accedens. Seco
q⁹ mundi climate signoru per celi terreq⁹ cardines ortus recti circuli ortib⁹
eq⁹les sunt. Ut eni ortus atq⁹ occasus sic z horu cardinuz linee eq⁹ distantes
sunt. Unde in quoto graduu numero signu qdlibet oriat⁹ in tutto oppositu
eius accumbere necesse est. Tercio q⁹ est ab orizonte semp ad celi mediu D
a cessus: a medio vero circuli ad oriente recessus sequat⁹: sicq⁹ et occasus D
sitr orizonte z terre cardo sitr celi medium conueniens est vt in orientali sic in
occidentali qdrante accessu: sicq⁹ in cetis duob⁹ recessus z accessus lunares
accessus z recessus comitari. Sunt aut⁹ quib⁹ nihilomin⁹ in quibusda etiaz
aq⁹ dulcib⁹ accessus h⁹ modi atq⁹ recessus videat⁹ vt apud quasda ethiope
quasda etiam gallie seu germanie ciuitates maritimas quos vicinia maris
decipit. Ne siquidez atq⁹ mari influentes z marinis vndis contigue cu maris
accessu exundante repulse pleno alpheo illabant⁹ accedere vident⁹. Est aut⁹
accessus quidem aq⁹ calidior z recessus frigidior. In accessu nanq⁹ ex imis
abissis ebulliunt in recessu forinsec⁹ expansi infrigidant⁹. In accessu igitur
aq⁹ D comitant⁹: in recessu vero et si non comitant⁹ D naturaliter vnde venerut
ad maria reuertunt⁹. Statim vero q⁹ naturaliter D tam sup terra q⁹ sub terra
pcedenti accessui sequente recessu tps spacio coeqt⁹: sed qm⁹ D sup terra arc⁹
nunq⁹ sub franeo eq⁹lis est: nec hi qui sup terraz fuerit accessus atq⁹ recessus
sub franeis vnq⁹ eq⁹les esse pnt. Quotiens g⁹ metiri placuerit horas accessus
aut recessus emisperi⁹ supioris notandu erit prim⁹ grad⁹ cu quo orietur D
deinde cu quo occidit: nec latitudine ei⁹ neglecta: deinde sumendu quantum
interest ab ortus gradu vsq⁹ ad gradu occasus per eius climatis ortu totuq⁹
per quidenos grad⁹ diuidendu. Quota igitur diuisio fuerit tot erunt eq⁹les
hore totius tps virtusq⁹ spaci⁹. Si qd vero. 15. min⁹ supstes fuerit ps hore
est: totius itaq⁹ numeri dimidiu alterutru tps spacium est naturalis videlicet
accessus siue recessus D supius emisperiū obtinente. Sub tra nanq⁹ conuerso
ab occasus gradu ad ortus gradu subterrane⁹ arc⁹: accessus scz et recessus
inferioris per spaciuz more sumitur: que qui certius dephendere studuerit:

latitudinem terre certam habeat: certumq; in ea latitudine signorū ortum.

Capitulum sextum. De augmento et decremento aquarum.



